Cum inter dii.de iudic.col.4.p. 7:
Cum Ioannes.de fide in iur.col.4.p. 10:
Cum laicis.de reb.eccel.non alien.col.4.p. 15:
Cum nobis.de statu relig.col.4.p. 17:
Cum non fit.de decim.col.4.p. 17:
Cum olim.de noui oper.mun.col.4.p. 27:
Cum olim quæſtio.de offi.iud.del.col.4.p. 5:
Cum pro causa.de procur.col.4.p. 7:
Cum re.de offi.iud.del.col.4.p. 5:
Cum sis.de usu,et act.pallij.col.4.p. 4:
Cum sit ars.de qual.ordin.col.4.p. 5:
Cum sit nimis.de iud.col.4.p. 24:
Cum speciati.de appell.col.4.p. 12:
Cum te.de sent.er re iud.col.4.p. 11:
Cum ue.f.n.de confessi.col.4.p. 8:
Cum ven.f.n.I.de relig.dom.col.4.p. 18:
D Amnamus.de fide cathol.col.4.p. 1:
De multa.de prab.col.4.p. 14:
Dilecto filio n.P.tit.sancte.de prab.col.4.p. 13:
Dilecto si.n.P.tit.sancti.de.prab.col.4.p. 13:
Dilectus f.G.de conces.prab.col.4.p. 15:
Dilectus fil.Abbas sancti S.de rescript.col.4.p. 2:
Dilectus filius Jacobus.de probat.col.4.p. 9:
Dilectus fil.VV.de temp.ordin.col.4.p. 4:
Dolentes.de celebr.diu.offi.col.4.p. 18:
Dudum.de decim.col.4.p. 16:
E X conscientia.de crim.falsi.col.4.p. 26:
Ex parte.de his,que fiunt a mai.par.cap.col.
4.p. 15:
Ex tenore.de consan.et affin.col.4.p. 20:
Excommunicamus.de heret.col.4.p. 24:
Extirpanda.de prab.col.4.p. 14:
F Irmiter.de fide catho.col.4.p. 1:

INDEX CAPITVLO R.

- G** Rane nimis.de prab.col.4.p. 14:
Illa quotidiana.de elect.col.4.p. 3:
In aliquib.de decim.col.4.p. 16:
In Laterane i.de prab.col.4.p. 14:
In nonnullis.de lude.col.4.p. 23:
In præsentia.de sent.excom.col.4.p. 29:
In quibusdam.de poenis.col.4.p. 28:
In singulis.de statu relig.col.4.p. 17:
Inquisitionis.de accusat.col.4.p. 21:
Inrefragabilis.de offi.sud.ordin.col.4.p. 6:
Intellecto.de prescri.col.4.p. 11:
Intelleximus.de qual.ordin.col.4.p. 4:
Inter cetera.de offi.iud.ord.col.4.p. 6:
Ioannes.de uita,et bon cle.col.4.p. 12:
L icet dilecti.de sup.negl.pr.col.4.p. 4:
Licet ex quadam de testib.col.4.p. 10:
Licet Grecos.de baptis.col.4.p. 18:
Licet quedam.de foro com.col.4.p. 8:
Ligneis.de confscr.eccl.col.4.p. 18:
Litteras.de suppl.negl.pr.col.4.p. 4:
Ichaël.de usur.col.4.p. 26:
M Enimia.de relig.dom.col.4.p. 18:
Ne pro defitu.de elect.col.4.p. 3:
Nihil est.de elect.col.4.p. 4:
Nimis.de iureiur.col.4.p. 11:
Non debit.de consan.et affin.col.4.p. 21:
Nonnulli.de rescr.col.4.p. 22:
Noua quadam.de peniten.col.4.p. 28:
Nouimus.de uerbosign.col.4.p. 30:
Nuper.de decim.col.4.p. 17:
O Blate de appell.col.4.p. 11:
Officij tui.de elect.col.4.p. 3:
Olim ex litteris.de rescr.col.4.p. 2:
Olim in præsentia.de sent.er re iud.col.4.p. 11:
Olim inter te.de rest.ſpol.col.4.p. 8:
Olim uobis.de rest.ſpol.col.4.p. 8:
Omnis utriusq de penit.col.4.p. 28:
P Er litteras.de sup.negl.pr.col.4.p. 4:
Per tuas nobis.de appell.col.4.p. 12:
Per tuas nobis litteras.de probat.col.4.p. 9:
Per tuas nobis litteras intimasti.de arbitr.col.
4.p. 7:
Per tuas nobis litteras intimasti.de simon.col.
4.p. 23:
Petijtis.de trinile.col.4.p. 27:
Petrus de homic.col.4.p. 25:
Plerique.de pacl.col.4.p. 6:
Postulati de regular.col.4.p. 17:
Postulati per ſe.Ap.de foro comp.col.4.p. 8:
- Postulati per ſedem Apost.ed ccri de refre.col.
4.p. 21:
Postulatis.de conces.prab.col.4.p. 14:
Procurations.de censib.col.4.p. 19:
Proposuit.de cler.excom.col.4.p. 26:
Q Quæſiuiti de sent.excom.col.4.p. 29:
Quilater,et quando de accusat.col.4.p. 22:
Quante.de ſenten.excom.col.4.p. 29:
Quanto amplius.de uſur.col.4.p. 26:
Quantum ecclesia.de heret.col.4.p. 24:
Quia cauſis.de procur.col.4.p. 7:
Quia circa de priuile.col.4.p. 27:
Quia circa minima.de bigam.col.4.p. 5:
Quia nonnullis.de magist.col.4.p. 23:
Quia plerique.de censib.col.4.p. 19:
Quia propter.de elect.col.4.p. 3:
Quidam cedendi.de renun.col.4.p. 4:
Quidam ſicut.de lude.col.4.p. 24:
Quisquis electioni.de electio.col.4.p. 4:
Quod lin re de penit.col.4.p. 29:
Quod nonnullis.de priuile.col.4.p. 28:
Quod quibusdam.de fidei uſſ.col.4.p. 15:
Quod ſuper de mai.es obed.col.4.p. 6:
Quoniam contra.de probat.col.4.p. 9:
Quoniam in plerisque.de offi.iud.ordin.col.
4.p. pag. 6:
Quoniam omne.de prescr.col.4.p. 11:
Quoniam ſicut.de priuile.col.4.p. 27:
Quoniam ſimoniaca.de simon.col.4.p. 23:
R Elinqui.de immun.eccl.col.4.p. 19:
S Acro.de ſent.excom.col.4.p. 30:
Sepe contingit.de restit.ſpol.col.4.p. 8:
Salubriter.de uſur.col.4.p. 26:
Scriptum eſt.de elect.col.4.p. 3:
Sententiam ne cler.secul.col.4.p. 19:
Sicut.de iureiur.col.4.p. 11:
Sicut ex litterarum.de homicid.col.4.p. 26:
Sicut olim.de accusat.col.4.p. 22:
Sicut pro certo de simon.col.4.p. 23:
Sicut te.ne cler.secul.col.4.p. 19:
Significante.de pigrorib.col.4.p. 15:
Significati.de offi.Archid.col.4.p. 5:
Significati nobis in nostra de priuile.col.4.p. 27:
Significati nobis per litteras.de homic.col.4.
pag. 25:
Significauit.de prescr.col.4.p. 11:
Sincerum.de ſepult.col.4.p. 16:
Statutus.de baptis.col.4.p. 18:
Subinterminatione.de ſent.excom.col.4.p. 30:
Su

INDEX CAPITVOR.

<i>Super quibusdam de censibus. col. 4. p.</i>	19.	<i>Tua nos duxit fraternitas de consan. et affin. col.</i>
<i>Super quibusdam mandatorum de foro comp. col.</i>	4. p.	<i>4. p.</i>
	8.	<i>V Acante de preb. col. 4. p.</i>
<i>Super quibusdam mandatorum de verb. sign. col.</i>	4. p.	<i>Veniens de priuile. col. 4. p.</i>
	20.	<i>Veritatis de dolo et cont. col. 4. p.</i>
<i>Suscitata de in integ. rest. col. 4. p.</i>	30.	<i>Veclericorum de uita et bon. cler. col. 4. p.</i>
	7.	<i>Ut debitus de appell. col. 4. p.</i>
<i>Tua nos duxit de decim. col. 4. p.</i>	16:	<i>Ut nostrum de offi. Archid. col. 4. p.</i>
<i>Tua nos duxit f. con. de homic. col. 4. p.</i>	25.	<i>Ut prouilegia de primile. col. 4. p.</i>
	28.	

COLLECTIO QVARTA

DECRETALIVM LIBER PRIMVS.

DE FIDE CATHOLICA TIT. I.

INNOCENTIVS Papa III. in concilio generali. Conf. i. Cap. i.

c. i. de summa Trinit.



IRMITER credimus, et simplicitet^a cōfitemur, quod unus solus est verus Deus, eternus, immensus, omnipotens, et incōmutabilis, incomprehensibilis, et ineffabilis; Pater, et Filius, et Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura, simplex omnino. Pater a nullo, Filius autem a Patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab utroq. absq. initio semper, et sine fine. Pater generans, Filius nascens, et Spiritus sanctus procedens, consubstantiales, et coæquales, omnipotentes, et coæterni. Vnum universorum principium, creator omnium visibilium, et invisibilium, spiritualium, et corporalium; qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis utramq. de nihilo condidit creaturam spiritualem, et corporalem; angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, et corpore constitutam. Diabolus enim et dæmones alij a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali; homo vero diaboli suggestione^b peccauit. Hæc sancta Trinitas secundum omnium essentiam individua, et secundum personales proprietates discreta, per Moysen, et sanctos Prophetas, aliosq. famulos suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem, et tandem unigenitus Dei filius Iesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria semper virgine, Spiritus sancti operatione conceptus, verus homo factus ex anima rationali, et humana carne compositus, vna in duabus naturis persona viam vitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis, et impassibilis; idem secundum humanitatem factus passibilis, et mortalis. Qui etiā pro salute humani generis in ligno crucis passus, et mortuus, descendit ad inferos, resurrexit

a mortuis, et ascendit in cælum, sed descendit in anima, et resurrexit in carne; asceditq. pariter in utroq. Venturus in finem seculi iudicaturus viuos, et mortuos; et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis; qui omnes cum suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestant; vt recipient secundum merita sua siue bona fuerint, siue mala, illi cum diabolo poenam perpetuam, et isti cum Christo gloriam semperiternam. Vna vero est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur: in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus, et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, et vini veraciter continetur, transsubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem potestate diuina; vt ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utiq. sacramentum nemo potest confidere, nisi sacerdos rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumq. successoribus Iesu Christi. Sacramentum vero Baptismi, quod ad Dei invocationem, et individualitatem Trinitatis, videlicet Patris, et Filii, et Spiritus sancti celebratur in aqua, tam purulis, quam adultis in forma ecclesiæ a quo cumq. nte collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Non solum autem virgines, et continentes, verum etiam conjugati, per fidem rectam, & operationem bonam, placentes Deo ad æternam merentur benedictionem peruenire.

In eodem Conf. ii. Cap. 2.

DAMNAMVS, et reprobamus libellum, siue tractatum, quem Abbas Iohannim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de unitate seu essentia Trinitatis; appellans ipsum hereticum, et insanum, pro eo quod insanis dixit sententijs: quoniam quedam summa res est, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; et illa non est generans, neque genita, neque procedens. Unde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo; videlicet tres personas, et illam communem essentiam; quasi quartam tam

Aaa tam

CCLLECTIONIS IV. DECRETAL.

tam: manifeste protestas; quod illa res, quae est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura; cōcedit, quod Pater, et Filius, et Spiritus sanctus sunt una essentia, vnaq. natura; verum unitatem huiusmodi, non verā et propriam, sed quasi collectiū, & similitudinariā esse fatetur. quē adinodū dicuntur multi homines^a vnum populus, et multi fideles, vna ecclesia, iuxta illud. Multitudinis credentiū erat cor vnum, et anima vna; et qui adh̄eret Deo, vnum spiritus est cum illo. item, et qui plātāt, et qui rigat, vnu sunt; et omnes vnum corpus sumus in Christo. rursus in libro Regum, Populus meus, et populus tuus vnum iunt. Ad hanc autē suam sententiā astriuendā illud potissimum verbum inducit; quod Christus de fidelibus, inquit in Euāgeliō. Volo Pater, vt sint vnum in nobis, sicut et nos vnum sumus; vt sint cōsummati in vnum. Non enim, vt ait, fideles Christi sunt vnum, idest, vna quædā res, quæ communis sit omnibus; sed modo sunt vnum, idest vna ecclesia, propter Catholicę fidei unitatē; et tandem vnum regnum propter vniōem indissolubilem caritatis. Quemadmodum in canonica Ioannis Apolloni epistola legitur. Quia tres sunt, qui testimoniū dant in cælo, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; et hi tres vnum sunt. statimq. subiungit; et tres sunt, qui testimoniū dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis, et hi tres vnum sunt, sicut in quibusdā codicibus inuenitur. Nos autē sacro vniuersali cōcilio approbante, credimus, et cōfitemur cū Petro, quod vna quædā res est incomprehensibilis quidē, et ineffabilis; quæ veraciter est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; tres simul personæ, ac signatim quælibet earundē; et ideo in Deo Trinitas est solūmodo, non quaternitas. Quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura diuina; quæ sola est vniuersorum principium; præter quā aliud inueniri nō potest; et illa res non est generās, neq. genita, neq. procedēs, sed est Pater, qui generat, et Filius qui gignitur, et Spiritus sanctus, qui procedit; vt distinctiones sint in personis, et Trinitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, nō tamē aliud, sed id, quod est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, idem omnino. Vt secundum orthodoxā, et Catholicā fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno, Filiū generando suam substantiā ei dedit, iuxta quod ipse testatur, Pater, quod dedit mihi,

D E R E S C R I P T I S. TIT. II.

Innocentius ij. Reihomagen. Archiepiscopo. Cap. 1.

 VM contingat interdum, quod laici ad monasteria conuolantes, et infra. Prætera cum quidam su-

c. 24. de
recep-
per

LIB. I. TIT. II. DE RESCRIPTI.

per aliquo litigantes ad diuersos iudices litteras impetrant, quorum quidam obtentia parte altera tibi mandant; vt partem aduersam denunties excommunicatio sententiā subiacere, alius iudicibus tibi postmodum in iungentibus, vt eadem denunties absolutam; queris, an utrisq. vel neutrī, vel alterutris saltem obedire^a debeas in hac parte? Super quo tu x̄ p̄. respondentes, credimus distinguendum; an cum primum mandatum recepisse dinoscis, tibi forsitan innotuit inter illos, et alios super iurisdictione discordiā fluctuā; an super hoc nihil omnino sciūisti.^b & quidem si super contentionē huiusmodi nū tibi penitus innotescit, cum primum mā datum recipere te contingit; illud debes humiliter executioni mandare. Sed li postea contrarium tibi ab alijs demandatur; tunc litterarum^c ad utrisq. iudices a sede Apostolica obtentiarum copia postulata, quas auctoritate praesentium districte precipimus exhiberi, si ex ipsarum tenore deprehendēris evidenter; ita quod non sit aliquatenus hæsitandum:^c quod litterē, quæ ad illos, a quibus secundum mandatum recipis, impenetrat noscuntur, expresse reuocent litteras aliorū: tu illud intrepidus exequaris, quod secundo loco^f tibi mandatur. Si vero ex litterarum inspectione manifestissime tibi cōstet, quod litterē obtentē ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime reuocatur; secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc merito tibi fuerit dubitandum, ad exequendum secundū mā datum te procedere non oportet; donec iuxta cuiusdam nostrę constitutionis^g tenorē inter eos huiusmodi concertatio sopiaatur. Et id ipsum^h facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni mādato, tibi forsitan innotuerit, quod inter se super iurisdictione videlicet demādata cōperint disceptare. Ceterum, in his omnibus puram, et prouidam te conuenit intentionē habere; ne vel ad declinandū mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandū non est; vel etiā ad exequendū te afferas esse certum, vbi certus esseⁱ non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in huiusmodi debes te habere, nulla tamen attribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes de iurisdictione debeas iudicare.

Idem S. de Vallibus magistro G. & P. de

Fumifca. Cap. 2.

OLIM ex litteris dilectorum fil. sancti

Nicasij Remaneñ. Sigmañ. et Vallis regiae

c. 25. a. t.
can. al.

Abbatum, nostris fuit auribus intimatum; quod cum ad eos semel, et iterū a nobis litterę processissent, super eo videlicet, quod R. clericus sancti Remigij Remeneñ. parochiā de Salice sancti Remigij, quā R. de Cleri in sibi per interpositā perlonam^a ab Abate sancti Remigij collatā fuisse proposuit, detinebat; ipsi partes semel, secundo, et tertio citauerūt, et dictū R. de sancto Remigio, quia citatus plures conparere noluit perse, vel per respōsalē aliquem corā eis; excommunicationis vinculo innodantes, fecerunt frētū ipsius parochiæ sequestrari.^b Cūq. post modū idem R. accedens ad eos se iuri promise: it paritūrum; ac obtinuerit se absoluī, ipsi absolutionis litteras cōcedentes, diem ei assignarūt, et locū, quibus coram eis, quod promiserat, adimpleret. Qui diē & locū ex litteris illis radens, in loco rasurę rescriptit, quod ipsi ei sequestratos fructus exhiberi mandabāt. Quod denū corā duobus corū, tertio sui absentiā excusante, per litteras est cōfessus. Nos igitur, cū tantę temeritatis excessus falsitatis lēcrupulo nō careret, vobis dedimus in mandatis; vt si res taliter se haberet, ipsi prēsumptori super dicta parochia perpetuū silentiū imponentes; prefato R. de Cleri clero assignaretis eandē cum fructi bus sequestratis. Verū sicut uos filij S. et P. per vestras nobis litteras intimatis, cum dictus R. de Clivo & rasurā prāfata coram vo-^f Cleris bis per testes idoneos probauisset,^c et ob no forte hoc postulasset sibi dictā ecclesiā assignari; vos utrū clausula illa, si est ita, de omnibus superioribus, an de articulo tantū rasurę de beret intelligi dubitantes, in negotio ipso procedere viterius distulisis, eligentes super hoc sedis Ap. potius oraculū implorare, quā aliquid temere definire. Nos igitur diligenter vestram in domino cōmandantes, duximus respōdendū; quod clausula debet ad omnia^d superiora referri; ad hoc vt ipsi prēfata & ecclesia conferatur. Quia licet vitium^e predi- falsitatis ad imponendū ei perpetuū silentiū^f et super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatē huiusmodi perpetrauit, & non tamen propter^g per hoc eadē ecclesia est aduersario assignanda, traracti super alijs facta fuerit plena fides.

Idem Imolen. Episcopo. Cap. 3.

DILECTVS filius Abbas sancti S. c. 26. et Bonon. per suas nobis litteras intimauit, quod cum ipse, cui visitationis officiū in ciuitate, ac dioec. Bon. cōmisimus, B. et A. presbyteros a sancti M. et sancti P. de Bignorola & ecclesijs, propter eorū graues, et manife^h Baga

Aaa 2 flos rola

COLLECTIONIS IV. DECRETAL.

stos excessus duxerat amouendos; idem presbyteri super restitutione nostras ad te in cōmuni forma litteras impetrarunt de amotionis suę causa, et excommunicationis, qua tenentur astricti, nullā facientes penitus mētionem. Procuratoribus igitur vicinorū, et ecclesiariū ipsarū exceptiones in tua præsentia proponentibus antedictas, tu supersēdendum huiusmodi negotio decreuisti, donec super hoc nostrę voluntatis beneplacitū recepisses. Nos igitur in hoc tuā prudentiam cōmendātes, fr. t. per A.s.m. quat. si ita est, litteras ipsas, tamquam per veri suppressionem obtentas carere viribus decernas, quod circa presbyteros prædictos prouide factum est, per memoratum Abbatem præcipias firmiter obseruari (ap. re. †).

^{† deest} ^{a.} ^{† Vera-} ^{tis/m.} ^{c.27. e.t.} ^{† officio} ^{Tasseu-} ^{ti.} ^{† assen-} ^{ti.} ^{c.28. e.t.} ^{Idem in conc. Lat. confitut. xxxvij. Cap. 5.}

Idem Episcopo Vratislaven. †. Cap. 4.

POST VLASTI per sedē Apostolica edoceri, vtrū alicuius ecclesiaz perpetuo vicario de prouētibus vicariæ, bonisq. pateris habēti, vnde valeat cōmode sustentari; te nearis per illā cōmunem formā. Cum secūdum Apostolū, in ecclesiastico † beneficio prouidere. Ad quod sic duximus respondendū; quod cum per formā prædictā necessitatib. pauperū clericorū, qui nullum sunt beneficium ecclesiasticū consecuti; † sicut ibidem exprimi cōsuevit, se. Ap. duxit succurrentū; perpetuus vicarius, nisi de vicaria fecerit mentionē, cōmodum reportare non debet de huiusmodi litteris, vt pote veritate tacita impetratis. Nō enim carere beneficio ecclesia dici debet, cui cōpetenter de perpetua vicariæ prouentib. est prouisum. Et pro habente beneficij sufficientis subsidiū, ex certa scientia super obtinendo beneficio alio, de leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris litteris mentionem.

NONVLLI gratia sedis Ap. abutentes, litteras eius ad remotos iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus, et expensis, liti cedere, vel importunitatē actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium iniurijs aditus patere non debeat, quas iuris obseruantia interdicit: statuimus, ne quis ultra duas dixtas extra suā dioec. per litteras Ap. ad iudicium trahi possit; nisi de assensu partiū fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem. Sunt et alij, qui se ad nouum genus mercimonij cōuertentes, vt vel sopiae possint fuscitare querellas, aut nouas immittere quæstiones; singūl causas, super qui

bus a se. Ap. litteras impetrat̄ absq. domino. rum mādato; quas vel reo, ne per eas laborū, vel expensarum dispendio molestatetur, aut actori, vt per ipsas aduerterū indebita molestatione fatiget, venales exponunt. Cū autem lites restrīngēdā sint potius, quā laxā dā; hac generali constitutione fancimus, ut si quis super aliqua quæstione de cetero sine domini speciali mandato, litteras Ap. impe trare præsumperit, et litteræ illæ nō valeat, et ipse tamquam falsarius puniatur, nisi forte de illis personis sit, a quibus non debet exigi & de iure mandatum.

DE ELECTIONE. Tit. III.

Idem. Cap. 1.

ORAM dilecto fil. n. tit. S. Pru
dētianæ presbyt. Card. et infra.
Si vero vtriusq. partis fuerit elec
tio cassata, vos fratribus omni
bus, qui fuerint in prouincia cō
uocatis, quod maiori, et seniori parti eorum
super prædictis videritis complacere, faciatis
per cen. cc. firmiter obseruari.

Idem Parmen. † Epo. & eius cōiunctib. † Cap. 2. ^{† Pm}
BONAE memoriae S. Epo Cremon. in pisen.
extremis agēte, cum de cōualeſcentia despe
raretur ipius, Cremonē. capitulum Hu. con
canonicū suum Regij disciplinis scholasticis
insistentē, ad certum terminū vigiliā Pente
costes pro futuri electione Pontificis citari
fecerunt. Verū secunda feria post Pentecoste
dicto Epo viā vniuersæ carnis ingresso,
capitulū ante quā corpus illius esset traditū
sepulturę, absente canonico memorato in
quattuor de ipso capitulo, et tres de clero ci
uitatis potestatē eligendi Pontificē contule
runt, expresso, vt minor pars illorum vi. se
queretur in electione maiorē. Habito itaq.
post mortē, sed ante sepulturā tamen, ipsius
Epi de futuri pastoris electione tractatu; cū
vota illorū scinderentur in partes, iiii. in Ar
chipesbyterū, duob. in Archidiacōnū, uno
in alium cōsentientib. tandem illo sepulso mi
noris parti arbitrio ad iudicium accidente
maioris, eundē Archipesbyterū concorditer
elegerūt; cui electioni Archid. cum capi
tulo, et clero ciuitatis, nullo cōtradicente cō
sensit. Verum adueniens postmodū Hu. et
asserens se fuisse contemptū, ac propter hoc
electionē huiusmodi nullius fuisse momētū,
quasi ius eligēdi deuolutū fuisse ad ipsum;
pro se, prout potuit, Archid. memoratū ele
git. Constituto autē Hu. pro sua, et dil. fi. n.
F. et N. pro electione Archip. coram nobis
electionē ab ipso Hu. post electionē Archi
pres

LIB. I. TIT. III. DE ELECTIONE.

3

presbyteri nō cassatā, licet de viro multæ lit
teraturæ honestæ vitæ, ac claræ famæ, non
tamē sine multa temeritate præsumptā, cū
de priori nostrū debebat expectare iudicium,
antequā procederet ad secundā: duximus ir
ritandā, in pœnā interdicentes eidē cōtradi
ctionis vocē in primo cōsensu capitulo per
durāte, electionē quoq. Archip. quāuis lau
dabile testimoniu perhibeat de ipso, iusti
tia exigente cassamus; tū quia corpore de
functi Epi nondū tradito sepulturę, habue
re de ipsa electione tractatū, cōtra canonicas
sanctiones; tū quia inuentus est Hu. fuisse
contēptus, licet vñus solus extiterit; cum
plus in talibus consueverit vñus contēptus
obesse, quā mu'torū cōtradiccio in præsen
ti. nec prædicta debet dici valuisse citatio
quia cū Epi mortē præuenerit, temeraria ni
mis extitit, & nō potuit arcere dī citatū. A d
hac volētes Cremonen. ecclesiæ speciali sol
licitudine prouidere, cōcedimus, et manda
mus; vt si capitulū in suovoluerit perdurare
cōsensu, ipsum Archipr. auctoritate nostra
in pastore Cremon. ecclesiæ cōcedatis, alio
quin nī forte infra viii. dies de persona ido
nea in Pōtificē libi, et ecclesiæ suę prouide
rint per electionē canonicā, et cōcordē; vos
eisdē auſtontate se. Ap. de ipso Archipr. vel
Archid. seu de alio viro idoneo prouidere
curetis.

Idem. Cap. 3.
^{c.37. e.t.} CVM ad nostriā nuper notitiā deueni
† Luxio quod Hu. qui se pro Abbatē Luxouin. † ge
rebat, nō fuerit ante monachus quā electus.
Nos attēdētes, quod cōtra regulares traditio
nes illud tuerit attpatū; cū nīl spem, vel

^{† illud} promissionē habens, vt Abbas fiat, debeat
monachari; electionē de ipso factā, de cōsen
su fratrū nostrorū, curauimus irritare. Quo
circa mandamus, quatenus tam monachis,
quā aliis fidelibus monasterij memorati su
deatis ex parte nostra districtus inhibere, ne
præfato H. viiā obedientiā, vel reverentiam
propter iam dictā electionē, valeant † exhib
ere; et si quid in eodē monasterio disponen
do perperam attentauit, nullum robur cō ha
bere volumus firmitatis, sed penitus irritari.

Idem in registro † tit. S. Laurentij in Lucina
stro Ca. presbytero Car. A.S. Leg. Cap. 4.

OFFICII tuilaudabilē exequaris † actio
^{c.38. e.t.} nē, cū super illis, de quibus dubitas, per nos
† perse- postulas edoceri. Sane nobis tuis litteris inti
queris

Archiepm, quā eligentū Plebanum fuit
propositū corā nobis. et infra. Verū quia de
his, quæ per assertionē partiū in iudicium de
ducta fuerant, nobis non potuit fieri plena
fides; quāuis super-his, quæ de numero dicta
sunt postulantū, per quoddā publicū instru

cutorib. liberari. Cumq. nō possent sui ordi
nis idoneā inuenire personā; in quendā viū
nobilē oculos direxerūt; per quē melius po
terat defensari; et cōsilio quorundā juris pe
ritorū adierunt patrē ipsius humiliter postu
lātes, quod filiū suū induceret, vt habitum
fusciperet monachalē, nullā patri de ipsius
promotione fiduciā tribuentes; & pater ad
hoc induxit filiū discretū, prouidū, litteratū,
& xxv. annoū ætatis, qui monachus est esse
etū, nulla spe, vt afferit, de sublimatione tri
buta; sed die, in quo monachus est effectus,
fuit in Abbatē electus. cuius electio fuit per
dil. fi. n. G. de Bab. † subdiaconū roslū, Re † Lab.
etorē Messanæ A.S.L. qui in omnibus præ
dictis interfuit, cōfirmata. Cū autē idem sit
paratus purgare se, quia nulla fuit ad hoc
ambitione inductus; per litteras nostras po
stulas edoceri, vtrū dictus Legatus potuit hu
iustis electionē cōfirmare, vel dispēsare;
vt quod factū est, stare possit; & vtrū elec
tione cassata iterū valeat eligi in Abbatē.
Nos autē cons. t. taliter respōderit, us; quod li
cet ex his, quæ in continēti subsecuta sunt,
ostendatur, quod talis taliter eligi nō possit
in Abbatē, maxime cum ex eo, quod ante
quā esset discipulus, voluit esse magister, ele
ctionē illā irritā esse decernimus, et in anem.
Verū postquā fuerit in regula cōpetenter
instrūctus, si vrgens necessitas, et euidēs, vi
litas ipsius monasterij postulauerit, purga
tione recepta poterit in Abbatē aslumi, ne
monasterium opprimatur incurribus mali
gnorum.

Idem. Cap. 5.
ILLA quotidiana instantia, & infra. Pro
certo didicimus electionē de ipso factā cano
nicā extitisse, ipsam auctoritate Ap. duxi
mus cōfirmandā. supplentes de plenitudine
potestatis, si quis in ea ex eo fuisse defectus,
quod quidā interfuerunt electioni ciudē, †
qui ex sola participatione in simplicis ex
cōmunicationis laquem incederunt.

Idem magistro Maximo notario. Cap. 6.
SCRIPTVM est in Apocalypsi Ioan.
quod in medio sedis, et in circuitu sedis erāt
quattuor animalia etc. et infra. Sane ad hanc
ecclesiā scilicet Cōstantinopolitanā duo ani
malia sunt vocata, vñiā plena oculis, et alas
habēta senas, videlicet v. fr. n. Herachē. Ar
chieps. & dilectus si. Plebanus S. Pauli de
Venetijs, sicut per procuratores tā postulan
tiū Archiepm, quā eligentū Plebanum fuit
propositū corā nobis. et infra. Verū quia de
his, quæ per assertionē partiū in iudicium de
ducta fuerant, nobis non potuit fieri plena
fides; quāuis super-his, quæ de numero dicta
sunt postulantū, per quoddā publicū instru

Aaa 3 men

COLLECT. IV. DECRETAL.

mentū, nec nō cōfessionē procuratoris partis aduersē in iudicio quidē factā, sed pollea reuocatā, pars altera adserit, t̄ suā intentio-
nē eīle fundatā; causam dis.t.duximus. com
n.ittendā, per Ap.sc.mand. quat. super his,
et alijs inquiras diligentissimē veritatem de
meritis electi, & postulati apud Venetas, vbi
natū fuerūt, et diutius cōuerſati; de studijs
autē diligentū, & postulātū, et omnibus ge-
neraliter quācālām possunt t̄ instruere, a-
pud Cōstantinopolim, vbi huiusmodi postu-
latio, et electio celebrat̄x fuerint; et si partes
cōsenserint, procedas hoc modo; vt si consli-
terit de mutuo cōuenisse cōsensu, quod ad
electionem Patriarchæ viij. t̄ admitterentur
pr̄positi, siue per se ipsos, siue per alios, et
duo alijs ex parte vniuersitatis, pro ceteris cō-
uentualiū ecclesiarū pr̄lati; totq.tunc tem-
poris cōuentuales ecclesias habuisse pr̄latos,
quod cū vij. pr̄positis, et ix. canonicis,
quos quidē canonicos cōstat in postulatio-
ne pr̄dicti t̄ Archiepi cōuenisse, duplo ma-
iorē facerent numerū, quā xv. electores ple-
bani; tu vice nostra postulationē admittas,
nisi probatū fuerit postulato aliquid obvia-
re de canonicis institutis, quod promotionē
ip̄sius debeat impedire; ac plebani electione
cassata, ipsum Archiepm absoluas vinculo,
quo Heraclien. ecclesiae tenetur, cōcedendo
ipsum Cōslatinop. ecclesiae in pastorē, quod
si ad faciendū duplo maiorē numerū, simul
omnes pr̄dicti minime sufficerint; siue di-
gnus, siue indignus sit postulatus, tu postula-
tione repulsa, electionē plebani auctoritate
nostra cōfirmes, dūmodo nihil obstat eidē,
quod ipsum tāto pr̄fusatū reddat indignū.
Si vero numerus postulātiū inuentus fuerit
duplo maior, quemadmodū est pr̄dictū, &
persona postulata reperta fuerit indigna, tu
tam postulationē, quā electionē nō differas
reprobare, nisi forsitan omnis, aut maior pars,
postulantiū pr̄sumptione fādābili postu-
larint indignū, vt hac vice merito debeat el-
igēdi, seu postulādi potestate priuari; et hoc
quoq. casu electionē cōfirmes, si de persona
idonea consliterit celebratam.

Idem Atrebaten. Ep̄o. & Abbat̄ S. Benun. t̄
Morien. dioec. & S. de Vallib canonico

Laudun. Cap. 7.

A D nostrā pr̄fentiā accedentes dil. fil.
Pr̄positus, Archid. & quidā alijs canonici
Ambianen. in auditorio nostro proponere
eurauerunt; quod cū eorū ecclesia suo esset
destituta pastore, et capitulū ecclesiae eiusdē
tractaturū de substitutione Pontificis con-
uenisset, cōpromiserunt in tres vñanimi vo-
lūtate, qui pr̄frito iuramēto singulorū in-
quierēt volūtates; et eū, in quē senior pars
capituli cōueniret, ab eis eligendū, in Pon-
tificē nominarent; et omnes tenerēt ipsū
recipere, ap. post. in pastorē, quem illi decer-

terent eligendū, quibus etiam interpretari
cōcesserāt, quē pars eslet potior nominan-
da. Cū ergo ipsi arbitri volūtates canonico-
rū omnium quās sūnt; ei, ad cuius specta-
bat officiū, p̄aceperūt, vt Decanū eiūdem
ecclesiae ipsi in patrē eligerent, et pastorem.
Verū, quia cōpromissio ipsa t̄ impositione t̄ illa
iuramēti fuit firmata, quidā eorū in eundem
cōsenserūt exp̄sle, sed ipsi Cancellarius, et
Cātoreius dē ecclesie, ac quidā alijs distaleūt
adhibere cōsensum, pro eo quod dictus De-
canus esset impotēs evidenter ad Epale offi-
ciū exercendū, cum de ip̄sius nō posset vale-
tudine dubitari. Vnde cū instantia induitas
a suis canonicis postularūt, vt Ap. sc. cōsule-
rent, an ratione p̄fisti iuramenti eundem
Decanū tam imbecillē, et cōfractum senio
recipere tenerētur, vel ab eo posset licite dis-
sentire, religione iuramēti p̄fsliti nō obſta-
te, et infra. Nos igitur his, et alijs diligēter au-
ditis, quācālām nobis proponere vo-
luerūt: de cōmuni cōſilio fr. nostrorū ita du-
ximus pr̄uidendū, dis. v. per Ap. sc. m. qua-
tenus, quia debilitas corporis, quācālām cōtra di-
ctū elecūtū opponit, cū in ceteris sufficiens
reputetur, per ip̄sam b̄ inspectionē oculata si
de potest melius cōprehēdi; vos, quib. in hac
parte vices nostras cōmittimus, cū de vestrē
dis. pru. plurimū cōfidamus, adhuc iterū ad
maiorē cautelā faciat vobis eundē, electū
p̄ſentari, et eū habentes p̄f oculis, inspi-
ciatis diligēter in eo circūstātias vniuersas; et
nisi eū videritis tāta debilitate grauatum, vt
Epale officiū nō valeat exercere, vos omni
ap. ces. Metropolitano suo firmiter iniunga-
tis, vt eum non differat cōſecrare. Quod si
tanta debilitate laborat, vt ad Pontificale of-
ficiū exequendum impotens habeatur, fa-
ciatis illum auctoritate nostra cessare.

Idem in conc. Lat. conf. xxiiij. t̄. Cap. 8. t̄. xxij.

NE pro defecū pastoris gregē dominicū
lupus rapax inuadat, aut infacultatibus suis
ecclesiā viduata graue dispendiū patiatur, vo-
lētes in hoc et occurere periculis animarū,
et ecclesiarū indēnitatis pronidere; statui-
mus, vt vltra tres mēses cathedralis ecclesia,
vel regularis b̄ pr̄lato non vacet; intra quos
iusto impedimēto cōſellante, si electio cele-
brata nō fuerit, qui eligere debuerant, eligē-
di potestate careāt ea d̄ vice, ac ipsa eligendi
potestas ad eū, qui proximo p̄fesse digno-
ſetur, deuoluatur. is vero, ad quē fuerit de-
uoluta potestas, Deum p̄f oculis habēs, nō
differat vltra tres mēses cū cōſilio capituli
sui, et aliorum virorū prudentiū viduata ec-
clesiae de persona idonea ipsius quidē eccl-
esiā, vel alterius, si dignus nō reperiatur in illa,
canonice ordina; e, si canonica uoluerit effu-
gere vltionē.

Idem in eod. conf. xxiiij. t̄. Cap. 9. t̄. xxij.

QVIA propter diuersas formas electionū,

LIB. I. TIT. VI. DE SVPLLENDĀ NEGLIG.

4

cas dignitates promouere procurēt, qui cōmis-
sum officiū sibi digne valeat adimplere, si cano-
nici cupiunt, effugere vltionē. Ceterū qui ad
Romanū pertinet immediate Pontificē, ad per-
cipiendū sui cōfirmationē officiū, eius se cōſpe-
ctui, si cōmode potest fieri, personaliter repre-
ſentent, aut personas trāſmittant idoneas, per
quas diligēs inquisitio super electionib. et elec-
tionis possit haberī. vt sic demū per ipsius circum-
specctionē, sui plenitudinē officiū assequātur, cū
eis nihil obſtruerit de canonicis institutis. ita
quod interim valde remoti, videlicet vltra Ita-
liā cōſtituti, si electi fuerint in cōcordia, dispē-
ſatue propter necessitates ecclesiarū et utilita-
tes, in spiritualibus, et temporalibus administrēt,
sic tamē, vt de rebus ecclesiasticis inihil penitus
alienēt. munus vero benedictionis, seu cōſecrat-
recipiāt, sicut haec tenus recipere cōſueuerunt.

D E VSV, ET ACTIONE t̄ PALLII.

Tit. iv. **Idem. Cap. un.**

VM sis in partibus remotissimis gra-
tū geremus, et acceptum, quod in aēti-
bus tuis quotiēscūt. q. scrupulus dubi-
tationis emergit etc. et infra. Noueris
igitur, quod vbi exposcit necessitas, et plura
in vna ecclesia altaria, et plures Ep̄os simul po-
teris cōſecrare; et vbi cōſecrare, in celebra-
tione missarū constitutus, diebus sollemnibus
vsum pallij, per quod plenitudo Pontificis de-
signatur, liberius exercere.

DE RENVNTIATIONE. TIT. V.

Idem in conc. Lat. conf. xxvij. Cap. vn.

VIDAM cedēdī licetū cū instātā po-
stulātēs, ea obtenta cedere pretermitt
tūt. Sed cū in postulatione cessionis
huiusmodi aut ecclesiarū cōmoda, quibus p̄f-
sunt, aut salutē videantur propriā attēdiſe, quo
rū neutrū suasionibus aliquorū querentiū, quācālām
sunt sua, seu etiā leuitate qualibet nolumus im-
pediri, eos ad cedēdū decernimus cōpellendos.

D E SVPLLENDĀ NEGLIGENTIA

Pr̄latorū. Tit. vi. **Idem. Cap. 1.**
ICET dilecti filij magistrū H. Archi. de
H. et R. de S. Cademūdo super Arc. de
Ric. litigarūt diutius corā nobis, tamē

postmodū aurib. nostris est intimatū, quod neu-
tri corū de iure cōpetet, vt pote qui neutri fue-
rat cōſessus in tēpore in Lat. cō. definitū ne igi-
tur ius nostū neglige videamur, q. alios in sua
iustitia confouemus: di. v. per Ap. sc. m. quatenus
cōuocat̄s eisdē, vt proponāt, si quid cōtra du-
xerint proponēdū, inquiratis diligētius veritatē;
et si uobis cōſtilerit Archi. illū vacasse per annū,
tempore tamen semestri, quo vel ad Archiepm
vel ad capitulū donatio pertinebat, non a va-
catione, sed a notitia cōputato, cū pro eo quod
Eborac. alium non habet superiorē, ex tunc
fuerit ad nos donatio devoluta; utriq. super
eo sublato ap. ob. silentiū imponatis, Archidia-
conatū ad nostrā spectare donationē, publice

Aaa 4

+ acce-
pione
forte
c. 6. de
auct. et
vbi pal:
et c. 5. de
cōſe. ecc.

c. 12 de
rea.

c. 1. de
supplē.
negl.

t̄ infra
tempus

t̄ quod
eccl̄a

COLLECT. IV. DECRETAL.

denuntiantes, decernentes irritum, et inane, si quid in eo quisquam præsumperit postmodum ordinare.

*Idem magistro P. de Castro. & R. monachis
Fontis Frigid. (S.L. Cap. 2.)*

PER [†] litteras vellæ dif. accepimus, et infra. Quod in quibusdā ecclesijs legationi ve stræ subiectis quædā beneficia, & dignitates tanto tēpore vacassent, quod tam prælati, quā capitula secundū tenorē Later. con. el sent iure instituēdi priuati, postquā vester ad uetus innotuit, in beneficiis illis personas mi nus idoneas instituere præsumperūt; vnde cū receperitis cōsiliū a viris peritus, vt tales institutiones ab his, quorum nō intererat, & qui propria culpa iure instituēdi se priuaue rāt, factas auctoritate Ap. cassaretis, nostrū prius in hoc decreuistis cōsiliū habere. Nos igitur inquisitioni v. taliter respōdemus per A.s.m. quatenus, si beneficia, vel dignitates ipsas noueritis personis idoneis alsignatas, ea de patiētia ^a permittatis ab ipsis pacifice possideri; alioquin personas ipsas amouen tes pro rōbus ab ipsis, eadem personis idoneis auctoritate nostra susculti, non differatis, quanto [†] citius ordinare.

DE TEMPORIBVS ORDINANDORVM. Tit. VII.

Idem de Leomen. & Sabbarien.

Abbasib. Cap. vn.

DILECTVS fil. VV. Imolen. canonicus nostro dudū A. postolati referauit, quod Imolen. ecclesia suo viduata pastore, concanonicī sui de substituendi pastoris electione tractantes, ipsum vnanimiter elegerunt; qui cū eslet infra [†] sacros ordines cōstitutus, ve fr. n. Archieps Catalen. metropolitanus eorū Epō Trecen. mādauit, ut eū vno, et eodē die ad tres sacros ordines promoueret; quod ille non ausu proprio, sed ipsius Archiepi mādato perfecit. etc. et infra. Cū igitur nobis cōsiderit supradictū Epō in pluribus deliquis se, tū quia siue mandato Archiepi, sicut ipse confessus extitit, ad huiusmodi ordinationē inordinate processit; tum quia et si de Archi epi mādato cōstaret, cū illi huiusmodi dispē fatio a canone minime sit permitta, quoniam [†] ad solū ^a Ro. Pontificem non est du bium pertinere; ipsi obtemperare non debuerit [†] in hac parte; tum etiā quia reatu [†] nostrarū perurijs səpius variauit ^b iurādo prius, quod Archieps id præceperat; et postea, quod ilud nō mandauerat in iudicio cōfido, ipsum defratrū nostrorū con. tam diu ab ordinandi suspendimus potestate, donec no stram [†] meruerit obtinere.

DE QVALITATE [†] ORDINAN-

dorū præficiendorū, et ordinatiū. [†] T. viii.

Idem Archieps Rotomag. Cap. 1.

CVM contingat interaum, quod laici ad monasteria cōvolantes, a suis Abbatis tonsurentur, Ap. le. oraculū requisisti, an clericatus ordo in tonsura huiusmodi cōseratur. super quo fr. t.t.r. quod cū in septima sy nodo ^a sit statutū, vt lectores per manus im ^b stat. c positionē licentia sit vnicuiq. Abbati ^b in qual. proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab Epō secundū morē præficiendorū Abbatum, manus impositio facta noscatur, et constet eum existere sacerdotē; per primā tonsurā a talibus Abbatib. iuxta formā ecclesiæ datā, clericalis ordo cōseratur.

Idem. Cap. 2.

INTELLEXIMVS, quod cum ante quā ^c u. e. ad regimē tuę ecclesię esles assumpsus, et in monasterio tuo fueris laudabiliter cōuersatus, ad monasteriū l. Vincētij Laudun. nigri ordinis accessisti: ubi cū aliquādiu in ipso habitu permāsiss, demū ad cor reuersus, de Metropolitani, et aliorū cōsilio, ad primam domū redire curasti, in qua tandem sub regulari observatione d. sciplina ^d taliter Deo, ^e tōber. et hominibus placuisse, quod per tuorū exi ^f uantia gentiā meritorū, fratres tui te sibi præse rūt vnanimiter in Abbatē. quia igitur in sucepto régimine laudabiliter diceris processisse, ne occasione morē, quā in pr̄scripto monasterio pertraxisti, quasi ipsa te cōscientia remordeat, et in susceptae administrationis (cura tepeſcat; [†] autēdētes, quod cautū es in [†] tex. canone, ^a ne quis canonicus regularis, nisi ^f aſſente forte, quod absit, publice lapsus sit, efficia tepeſtur monachus, et si factus fuerit, ad ordinem ^g canonicatus reuertatur, vltimus in choro manēdo, cucullā ad memorā delaturus: dis. t.m. quatenus circa curā ^b tibi cōmillā, sollicitudinē tuā exercere studēas indefessam; et taliter sequētia bona prioribus cōtinuare, quod dignū exinde possis meritū expectare.

Idem. Cap. 3.

ACCEPIMVS te nostris auribus intī mā te, quod quidā clerici, qui ad sacros ordines sine titulis sunt promoti, te ad ecclesiā Braccaren. super beneficijs obtinēdis infestant, quibus etiā de cunctis redditibus ecclesiæ tūc [†] cōmode ministrare nō posses; pr̄sertim [†] tūc cū mādemus eisdē in necessarijs prouideri, qui nec meritis, neq. sciētia etiā in parochial. ecclesijs beneficia prouerētur, ne dū in ecclesia Braccar. quorū vita, et sciētia nobis penitus est ignota; de quibus si certitudinem haberemus, nec in maioribus eis, nec in minoribus pr̄ciperemus ecclesijs prouideri; et licet idoneis in tuis capellis, et in alijs

LIB. I. TIT. XI. DE OFFICIO ARCHIDIAC.

5

in aliis parochialibus ecclesijs extra ciuitatē

velis iuxta mandatū Ap. prouidere, cū omnibus in maiori prouidere nō possis, ipsi tamē prouisionē in eisdem ecclesijs recipere dēdignātur. Iudices quoq. et monitores, seu executores, ad quos litteras nostras deportat, exceptiones ^a tuas legitimas, quas in eorū præsentia proponis, nō admittunt, vnde postulabas a nobis, vt tibi prouideremus bēnignius in hac parte. Licet igitur in ordinibus ^b clericorū illā tu, ac prædecessores tui diligentiā debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinaretur a vobis, ac post promotionem eorum exceptionē huiusmodi non possitis prætendere contra illos, nisi forte postquā promoti fuerint, reddiderint se indignos: nos tamen ex superabundāti, quādo scribere uobis pro talibus oportet, facimus in litteris nostris apponi: et si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, et ecclesiasticō beneficio non indignus; ei ab ordinatore, vel successore ipsius beneficium cōpetens conseratur; cum et si tecum de iure agere vellemus, te possemus merito ad prouisionē illorū compellere, quos a te, vel a prædecessoribus tuis ordinatos fuisse cōstaret: et eo præsertim quod ad obtainēndū beneficiū ecclesiasticum eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. vnde grauitate suslinere non debes, sed nobis potius deuote inclinare teneris, siillos examinari ^c per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, ante quam te velimus compellere ad prouisionē eorum. Tuę igitur fr. per Ap. f.m. quat. eis, pro quibus, te contigerit recipere nostra mandata in forma communi, in maiori ecclesia, vel alijs parochialibus ecclesijs dioec. Braccaren. prouidere nō tardes; cum te pro minus idoneis cōpellī nolumus; exceptiones ^c autē, si quas cōtra impetratores litterarum nostrarum in delegatorum præsentia proponis, pr̄cipimus audiendas.

Idem in conc. Lateran. const. xxvij. e. 4.

CVM sit ars artium regimen animarū; districte pr̄cipimus, vt Ep̄i promouendo s in sacerdotes diligenter instruant, et informēt, vel per seippos, vel per alios ^a viros idoneos super diuinis officijs, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. quoniam si de cetero rudes, et ignaros ordinare pr̄sumperint, quod quidē facile poterit deprehendi; ^b et ordinatores, et ordinatos graui decernimus vltioni subiacere. Sanius enim est maxime in ordinatione sacerdotij paucos bonos, quā multos malos ha-

bere ministros: quia si cœcus cœcum dicit, ambo in foueam cadunt.

DE FILIIS PRESBYTERORUM. Tit. ix.

Idem in eodem. const. xxxij. Cap. vn.

D abolēdam pessiniam, quæ in plerisq. inoleuit ecclesijs, corrūptā, firmiter inhibemus, ne canonicorum filij maxime spurij ^a canonicī fiant in secularibus ecclesijs, in quibus instituti sunt patres; et si fuerit contra pr̄sumptum, decernimus non valere. qui vero tales, vt dictum est, canonicare pr̄sumperint, a suis beneficijs suspendantur.

DE BIGAMIS. T. X.

Idem D. Archid. Lundun. A.S.L. Cap. vn.

VIA circa minima, et maxima frequenter humanus deficit intellectus, et infra. Sane postulas per se. Ap. edoceri; si presbyteri successiue plures concubinas habentes, bigami censeantur, et infra. Ad quod duximus respondentium, quod cum sacerdotes, siue uno, siue diuersis temporibus, plures habuerint concubinas, irregularitatē non incurrerint bigamiae; ^a cum eis tamquam simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotialis officij poteris dispensare.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI. Tit. xi.

Idem. Cap. i.

D hoc nos dominus etc. Sane ^c cōsuluit nos tuę fraternitatis de cōfici. Ar. uotio, quid ad officiū Archidiac. coni debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura Episcopalis sollicitudinis debeat relevari; et nos, pro vt possumus, respondemus. Archidiaconus secundum statuta beati Isidori, ^a imperat sacerdotibus, et leuitis, parochiarū sollicitudo, et earum ordinatio ad ipsum pertinet, et audire debet iurgia singulorū. Archipresbyteri, qui decani a plebibus nuncupantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum vero Romani ordinis constitutū, maior post Ep̄m, et ipsius Ep̄i vicarius ^b reperitur, omnem vero sollicitudinē, et curam, tam in clericis, quam in ecclesijs eorū, prout melius secundum Deum poterit, impendendo. cum super his sit redditurus in districti examinis iudicio rationem. Item in epistola beati ^f sancti Clementis Papæ pr. n. oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, vt loco Ep̄i per Episcopatū prospiciēs, quæ corrigēdā viderit, corrigat, et emendet; nisi adeo ardua fuerint ne-

COLLECT. IV. DECRETAL.

^{t.sq.} negotia, quod ^t absq. maioris præsentia nequeat terminari. In quadam vero nostra cõstitutione nos iam alia vice meminimus expressisse, quod institutio corporalis tā super beneficijs, quā etiam dignitatibus ad ipsum debeant pertinere, examinatio etiā clericorum, si fuerint ad factos ordines promouendi, et hoc idē in collationibus beneficiorum credimus obseruandū, ut qui beneficijs ecclasiasticis præficiendi fuerint, a suo prius examinentur Archidiacono, et per ipsum postmodū Epō præsententur. Subsequēter postea quæsiusti, vtrum Decani rurales, qui pro tēpore statuuntur, ad mandatū tuū folium, vel Archidiaconi, uel etiā vtriusq. insti tui debeat, vel destitui, si fuerint amouendi. Ad hoc breuiter respondemus, quod cū iuxta imperialis sanctionis auctoritatem, quod omnes tangit, ab omnibus cōprobari debet; cum commune eorum exerceat Decanus officium, communiter est eligendus, uel etiam amouendus.

^{Idem.} Cap. 2.

^{c. 8.e.c.} SIGNIFICASTI, et intra. Interdicas etiā Archid. tuo, ne sine cōscientia tua, et auctoritate litteras suas cōcedat promouēdis; et eis etiā districte prohibeas, ne ad ordinē taliter audeant cōuolare, quod si cōtra prohibitionē tuā præsumplerint venire, execu tione eis ordinū susceptorū taliter interdi cas.

^{Idem.} Cap. 3.

^{c. 9.e.t.} V T nostrum, ^a et infra. Nec fuit sufficiē ter probatū, quod Cancellarius ex officio suo faciat spiritualia memorata, cum ea potius de iure cōmuni ad Archid. spectant officiū, repræsentare videlicet ordinandos Episcopis, et illos examinare, ponere Abbates, et Abbatissas in sede.

DE OFFICIO IV DICIS DE legati. Tit. XII.

^{Idem} Veronensis Episcopo. Cap. 1.

^{c. 7. de eau. pos.} V M olim quæstio, quæ inter di lec. fi. Archid. ex vna parte, & Archibp. presbyteros, et canonicos Vin centinæ ecclesiæ ex altera, etc. & infra. Cū igitur Archid. prædictus hæc corā nobis fideliter recitaret, quoniam per ipsas attestations nobis cōstitut euidē ter; quod ab Epis Vin. Archidiaconatus ipse sine reclamatione aliqua canonicorum cōti nue duobus^a Archid. ante quā præfato Archidiacono fuerat assignatus, et quia canonicī prædicti iudices recusare, ^b vel postulare rescripti copiā minime debuerint, cū causa prædictis iudicibus delegata fuisset de vtri

usq. partis procuratorū assensu, et ab eisdē eilet rescriptū impetratū; nec deliberationis inducias petere, cū apud se. Ap. per procuratores vtriusq. partis eset cōtestata, præ dictū Archidiaconatū nō obstatibus huius modi exceptionibus prædicto si. Archidia cono, stallo etiā Archid. deputato, et alijs pertinētijs suis, perpetuū silentiū im ponentes, reseruata tamē eis quæstione propriatis, super collatione Archid. ipsius, si forte super hoc cōtendere voluerint aduersus Ep̄m Vincētiū: cū res inter alios acta, non debeat eis præiudicium generare.

^{Idem} Preposito Sancti Dominici subdiacono nostro. Cap. 2.

peccatum est; synodalē iudicio diffinimus, vtnulla valeat absq. bona fide ^u p̄scriptio tamcanonica, quā civilis. ^v cū generaliter sit omni

cōstitutioni, atq. cōsuetudini derogandū, que

absq. mortali peccato nō potest seruari. Vnde

oportet, vt qui p̄scribit, in nulla temporis

parte ^w rei habeat conscientiam alienæ.

DESENTENTIA, ET RE IUDICATA

Tit. xi. Idem R. militi. Cap. 1.

VM te a Bartholomaeo ini-
uriaum accusatione conuento, co-

quod dixeris equum tuum non

esse minoris pretij, quam capillos

illius

c. 23. de

feat. &

re iudi.

COLLECT. IV. DECRETAL.

illius; iudices, qui super hoc cognoscabant, te
in x. solidos condemnasset, tu timens ne i-
psorum sententia te notaret, infamia, ^a benefi-
cium restitutio*nis* ad famam a te. Ap. implora-
sti. Nos autem considerantes, quod nulla fue-
rit, vel minima ^b iniuria facta, ^c volumus te
per praedictam sententiam infamia non notari.
Idem. Cap. 2.

^{c. 24. co.} AD probandum, ^a quod procurator domi-
næ, etc. et infra. Vos autem interim agnoscatis
de confirmationis sententia, quæ lata est a iu-
dicib. delegatis de electione custodis; ut eam,
sicut de iure fuerit faciendū, confirmare, vel
infirmare curetis; ita quidē, vt si pro eo, quod
vnu ex delegatis iudicib. qui eandem senten-
tiam protulerunt, excommunicationis vinculo
publice esset innodatus, ^b quando sententia
lata fuit, ^c sicut per metropolitani litteras per-
hibetur; aut ex alia iusta causa eandem senten-
tiam cōsenserit infirmādā; ipsa cassata de
ipius electione custodis iterum cognoscatis,
et audientes, quæ tam in factum, quam in per-
sonam proposita fuerint, et ostēia, eam, si in
uenta fuerit canonica, auctoritate nostra con-
firmatis; altoquin ea penitus infirmata, detis
fororib. facultatem liberam eligendi, et quam
in abbatisam sibi duxerint regulariter eli-
gendā, eius electionem sub. ap. obstatulo,
auctoritate Ap. confimetis, ac præfatae custo-
di de bonis ecclesiæ faciatis in expensis ^d le-
gitimis factis prouideri.


Idem Abbati S. Stephani. Cap. 3.

^{t Olim} CVM ^t in præsentia dil. fi. n. B. tt. sanctæ
Susannæ presbyteri Card. quæ tibi, et C. pro-
curatori ven. f. n. Werburgen. ^t Ep̄i auditorē
concessimus, constitutus proponere curasti,
quod cum in Abbatem monasterij S. Stephani
fuisse electus, et electionē tuam noluisset ^t
gen. ^t nolles ^t A p̄e-
tin. ^t Ep̄i, et dil. fi. Abbatē Aspertin. ^t cōmis-
sionis litteras impetrasti. Cumq. corā ipsis in-
ter te, et quosdā monachos aduersarios tuos
fuisse legitime cōtestata; quoniā pars ad-
uersa non solū noluit comparere ^a in terminis
peremptorio cōstitutis, verū etiam quendam
alī in prædictū monasterium intrusere; iudi-
ces ex parte tua receptis quibus dātestib. te in
possessionē causa rei seruandæ ^b mitentes eū,
quæ aduersarij tui duxerunt in monasterio
intrudendū, cum omnibus fautoribus suis ex
communicationis sententiæ subiecerūt. Ad hōc
autē respondit Ep̄i ^t procurator, quod et tu
per falsi ^t suggestionem prædictas litteras im-
petrasti, ^t et inordinate processerant iudices
memorati: quia cum inter te, et Ep̄i fuisse
causa cōmissa, ^c ipso Ep̄o non citato, contra
prædictos monachos, de quib. in cōmissione

mentio non siebat, post ap. ad nos interposi-
tā, præsumperant ^t iudicū exercere. Nos i-
gitur his, et alijs, que coram eodē Cardinale
fuerunt proposita, plenus intellectis, tam id,
quod de illo fuerat attemptatū, qui lite pendente
per aduersarios tuos intrusus fuerat in
Abbatē; quam illud, quod te in possessionē
causa rei seruandæ iudices induxerant me-
morati, decernimus irritum, et inane.

DE APPELLATIONIBVS. T.XII.

Idem Abbati S. Felicis, & G. canoni. Bonon. Cap. 1.



BLATAE nobis litteræ cōtine-
bāt, quod cum quidā iudices, qui

^{c. 17 de}
appel-
^{t inter}
bus causa, quæ inter ^t Sambro. et
Riuo ^t cornicario plebes verte-
tur, absq. ap. remedio fuerat a sed.
<sup>t de Ri-
uo, forte</sup>

A p. cōmissa, pro plebe Sambri sententiā pro-
tulissent, et a procuratore plebis de Riuo cor-
nicario ad nos fuerit sine termino appellatū,
nec delatum ap. fuisse; ne ad prosecutionem
ipius terminus a iudicib. partib. assignatus,
Plebanus de Sambro super obseruatione pre-
dictæ sententiæ, sicut rationabiliter lata erat,
nostras ad vos litteras, et alia pars alias cōmis-
sionis litteras a nobis super infirmāda, vel cō-
firmando eadē: postmodū ad alios iudices im-
petrauit, nulla in posteriorib. litteris de priori
bus habita mētione. Vnde in dubitationē re-
uocato, an posteriores iudices, vel vos de illa
debeatis cognoscere, nos super hoc consulere
voluissis, et infra. Licit igitur appellanti legiti-
time a sententiā indulgetur annus a lege, aut
ex iusta causa bienniū, ^a ad ap. interpolatā pro-
sequendā; quia tamen hic ^t terminus potest ^t huius
restringi, non solū a prouocante, ^b verū etiā a iu-
dice, a cuius sententiā prouocatur; cū id sit con-
sittutū, non vt terminus ipse præueniri non pos-
sit, sed ne valeat prorogari; ^c credimus distin-
guendū, in quo casu impetrantur. et quidem
quādo certus terminus ab appellāte, vel iudi-
ce appellationi præfigitur prosequēdā; si eo
tacito appellatus litteras impetraverit, huius
modi litteræ tamquā tacita veritate subreptæ,
optimere non debent aliquā firmitatē. Si vero
non sit aliquis certus terminus a iudice, vel ap-
pellāte præfixus, pars appellata intra termi-
nū cōstitutū a lege, dummodo nimiū non præ-
currat, ^d vt appellantē in cōmissione impetrā-
da supplantet, commissionis litteras poterit im-
petrare; quarum auctoritate in appellationis
causa legitime procedatur. ita quod si ap-
pellans voluerit in causa ap. procedere; o-
portebit eum agere sub iudice sic optento, ni
si possit legitime eum recusare. quod si agere
noluerit appellans, appellatus potest nihil-
ominus prosequi causam ipsam, maxime si
sentiat sibi ex dilatione imminere grauamen.

Su-

LIB. II. TIT. XII. DE APPELLATIONIBVS.

12

Superior quoq. iudex, si viderit ex dilatione
periculū imminere, ^a potest, et debet neutro
prosequente appellationē occurtere, vt pe-
riculū evitetur, puta si a sententiā lata super
cōfirmatione alicuius electi fuerit prouoca-
tū, et vtraq. pars velit etiā ad annū prosecu-
tionē appellationis differre: potest vtiq. im-
mo debet superior iudex, ad quē fuerat ap-
pellatū, ter minū prouide moderari; ne gregi
dominico diu desit cura pastoralis. Ex his i-
gitur cōsultationi vestre noueritis esse respo-
sum, quia per posteriores non derogatur prio-
ribus ^b legitime impetratis, per quas ad cōfir-
mandam sententiam, vel infirmādā præ-
via potest ratione procedi. *Idem. Cap. 2.*

^{c. 18. co.} PER tuas nobis litteras requisisti, vtrū si
sub alicuius examine post latā sententiā, vel
saltē post depositiones testū publicatas, et
lectas, fuerit ad se. A p. appellatū; ij, qui super
hoc delegātur a nobis, si altera partiū corum
se voluerit cōspectib. presentare, causam sibi
delegatā iudiciali posuit calculo terminare.
Nos igitur cōsult. tūt. respōdemus; quod
cū lis sit super eodē negotio corā prius iu-
dicibus legitime cōtestata, poterunt iudicē
delegati eo, qui cōuenit, se per cōtumā
ciā absentante, cū eis de meritis causa lique-
bit, ^c commissum sibi negotium diffinire.

Idem in conc. Later. const. xxxv. Cap. 3.
VT debitus honor deferatur iudicib. et li-
tigatoribus cōsulatur super laborib. et expē-
sis, statuimus, ut si quis coram idoneo iudice
cōuenierit aduersariū, ille ante sententiā ^a ad
superiorē iudicē absq. rationabili causa non
prouocet, sed corā illo suā iustitiā prosequa-
tur, non obstante ^b si dicat, quod ad superiorē
iudicē nuntiū destinauerat, aut litteras impe-
trauerit ab eodē, priusquam delegato fuerint
assignatae, cum autē ex rationabili causa ^c pu-
tauerit appellādū, corā eodē iudice causa
probabili appellationis exposita, tali vide-
licet, quod si foret probata, deberet legitima
reputari; superior de appellatione cognoscat
et si minus rationabiliter eum appellasse cō-
stiterit, illū ad inferiorē remittat, et in expen-
sas ^d alteri parti condēnet; alioquin ^e ipse pro-
cedet saluis constitutionib. de maiorib. cau-
sis ad sedem A p. referendis.

Idem in eodem const. xxvij. Cap. 4.
CVM cessante causā cōsset effectus: sta-
tuimus, vt siue iudex ordinarius, siue delega-
tus aliquid cōminando, ^a vel interloquendo
prorulerit, quo executioni mādato, alter liti-
gantium grauaretur, et sano vsus cōsilio, ab
huius ^t interlocationis, vel cōminationis esse
Greg. 9

cedat, non obstante si a tali cōminatione, vel
interlocutione fuerit appellatū, dummodo non
sit ex alia legitima causa suspectus; ne pro-
cessus negotij fruolis occasionib. retardetur

Idem in eodem const. xlviij. Cap. 5.

CVM speciali sit prohibitione prouisum,
ne quis in aliquē ex cōmunicationis senten-
tiā non competenti cōn. onitione præmissa,
promulgare præsumat, volētes etiā prouide-
re, ne forte cōmōnitus frustratorib. reculatio-
nis, vel appellationis obiectu, monētis possit
declinare examē: statuimus, vt si allegauerit
se iudicē habere suspectum, corā eodē cau-
sam iustiā suspicionis assignet, ^b et ipse cum
aduersario, vel si forte aduersariū non habeat,
cum iudice arbitrios cōmuniter eligat, aut si
cōmuniter cōueniri non possit absq. malitia,
ipse vnu, et ille aliū eligat, qui de suspicionis
causa cognoscāt; et si nequicrint in vna cō-
cordare sententiā, aduocent tertiu; ^d vt quod
duo ex ipsis decreuerint, robur obtineat fir-
mitatis. Sciātq. se ad id fideliiter exequendū
ex iniūctō a nobis in virtute obediēt, sub
obtestatione diuinī iudicii, distiūcto præcep-
to teneri, causa vero suspicionis legitima co-
rā ipsis intra cōpetentē terminū non probata
iurisdictione iudex vtatur. At ipsa probata
legitime, de recusatoris assensu ^e personē ido-
neā cōmittat negotiū recusatus, vel ad supe-
riorē trāsimittat, et in eo ipse procedat, secun-
dū quod fuerit procedendū. Porro cōmoni-
to ad appellationis obstatulū conuolante, si
eius excessus euidentia rei, vel ipsius cōfessio-
ne, aut alio modo legitimofuerit manifestus;
cū appellationis remedū non sit ad defensio-
nē iniquitatis, sed præsidū innocentia insi-
tutum: non est prouocationi huiusmodi de-
ferendū. Excessu quoq. dubio existente, ne
fruole appellationis diffugio appellātū iudi-
cis processu impeditat, corā eodem probabili
causā appellationis exponat, talē videlicet,
quæ si foret probata, debeat legitima reputa-
ri; et tunc si habuerit aduersariū, intra termi-
nū secundū locorū distantia, temporis qua-
litatē, et naturā negotij, ab eodē iudice mo-
derādū, appellationis causam prosequatur;
quā si prosequi non curauerit, ^f extunc ipse
iudex ap. non ob. procedat, nullo autē aduer-
sario cōparente, ^h tunc iudex ex suo pro-
cedat officio, appellationis causa corā superio-
re probata, superior suē iurisdictionis officiū
exequatur. Sed si appellātū in eius probatio-
ne defecet; ⁱ ad eū, a quo ipsum malitiose
appellasse cōsiderit, remittatur. Ceterū has
duas cōstitut. præmissas nolumus ad regula-
res ^k extēdi cōtra suas obseruātias speciales.

LIB.

COLLECT. IV. DECRETAL.
LIBER TERTIVS.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

^{† Ar-}
^{chidi.}
^{c.7. de}
^{cleric.}
^{conig.}

Idem Archiepiscopo + Pictavien. Cap.1.

OANNES filius A. nobis conquerendo monstrauit, quod tu eum, quamquam dudum vxorem legitimam duxerit, et filios, et filias suscepit ex eadem,

^{† fuerit} pro eo, quod prius in acolytum fuerat [†] ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalem; ex quo inter ipsum, et vxorem posset scandalum generari; cum de consuetudine terra clerici vxorati non cogantur inuiti portare tonsuram. Quoniam [†] igitur virum oportet, quo modo vxori placeat cogitare; et idem etiam tonsuratus priuilegio ^a non potest gaudere: præs. auctoritate mand. quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi de cetero non molestes; quia cuum oporteat secularib. negotijs immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videtur profecto in ministerij nostri vituperium redundare; dum modo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem tonsuram deferre.

^{c.13. hoc}
^{tit.}
Idem in conc. Later. const. xiiiij. Cap.2.
VT clericorum mores, et actus in melius resormentur, continententer, et casle viuere studeant vniuersi, præfertim in sacris ordinib. constituti, ab omni libidinis vitio præcautentes, maxime illo, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiae; quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde, ac mundo corpore valeant ministrare. ne vero facilitas veniae ^a incentiuum tribuat delinquendi: statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiae vitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius, et disstrictius præcipimus obseruari: ut quos diuinus timor non reuocat, temporalis saltem poena cohibeat a peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus presumperit celebrare diuina, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro duplice culpa, per teuo deponatur. prælati vero, qui tales præsumperint in suis iniuritatibus sustinere, maxime optent pecuniae, vel alterius comodi temporalis, pari subiaceant vltioni.

DE P R A E B E N D I S
Tit. II.

Idem Trecen. Episcopo.

Cap. I.
DIL.

qui autem secundum regionis suæ morem, non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio postlunt [†] vti.

Idem in eod. const. xv. Cap.3.

A crapula, ^a et ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi temperent, et se vino; nec ad bibendum quis piam incitetur; cum ebrietas et mentis inducat exsillium, et libidinis prouocet incētuū. vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partib. ad potus aquales suo modo se obligant potatores; et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures imbibiat, et calices secundiores exhaust. Siquis autem super his se culpabilē exhibuerit, nisi a superiori commonitus satisficerit, a beneficio, vel officio suspendatur.

Idem in eodem. const. xvi. Cap.4.

CLERICI officia, vel commercia faculatia non exerceant, maxime in honesta, minimis, ioculatorib. et histrionib. non intendat, et tabernas ^a prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti, ad aleas, ^b et taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interset; coronam, et tonsuram habeant congruentem; ^c et se in officiis ecclesiasticis, et alijs bonis studijs exerceant diligenter. clausa deserant desuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda: pannis rubeis, ^d aut viridib. nec non manicis, aut foulularib. confuticijs, vel rostratis; frænis, sellis, pectoralib. et calcariib. deauratis, ^e aut aliam superfluitatem habentib. non vtantur: cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam nulli gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio, et personatib. constituti, nisi sua causa timoris ^f exegerit habitum transformari. fibulas omnino non ferant, nec corrigias auri, vel argenti ornatum habentes; sed nec anulos, ^g nisi quib. competit ex officio dignitatis. Pôtifices autem in publico, et ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisi monachi ^h fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. pallijs diffubulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

c.25. de
præbē.

DILECTO filio n.P. tit.sancte Prudetianæ presbytero Cardina li dil. f.L. Cællerano Senoñ. et R. clericu procuratori tuo auditore concessio, idem Cællerarius ⁱ pro

^{† Cellari} posuit coram eo; quod cum bo. me. G. Remen sis Archiepiscopus tuc Ap. se. Le. ad Treceñ. accedisset ecclesiâ, in qua G. nepotis suo præbendas concedere intendebat, cum nulla penitus (^{tunc}) vacabat, et ⁱ ibidem dictus Cællerarius non tam ei, quam etiam nobis cupiens in hac parte placere, præbendam, quâ in ipsa obtinebat ecclesia, in eius manibus resignavit; ^a qui liberalitati eius volens postmodum grata ^b vicissitudine ^b respondere, de capituli Treceñ. assensu, præsente quoq. ven. f. n. Senoñ. Archiepiscopo, tam præfatum nepotem suum, quâ etiam Cællerariū ⁱ in canonicos Trecen. instituit, et ambobus in dem capitulum stallum in choro, et locum in capitulo assignauit, quibus idem Remen.

^{† dividendo co}
^{muni-}
^{ter}
^{† inter-}
^{grum}
^{† ad de-}
^{est}
^{† ac}
[†]

Archiepiscopus fructus supradictæ præbendæ tamdiu dividendos commonitus ⁱ assignauit, donec prefatus G. integræ ⁱ esset ecclesiæ stipendiū præbendale asseditus, in eos, qui contrauenire præsuinerent, excommunicationis sententia promulgata. et infra. Quorum receptionem procurator generalis Episcopi Treceñ. in Constantinopolis partibus tunc agentis, postmodum approbavit. Vnde dictus ⁱ Cællerarius lectiones, et euangelium in hebdomada sua legisse dico, et tam Decani, quam Epicopi electioni, quam ⁱ aliorum negotiorum tractatibus, sicut canonicus Treceñ. interfuit, et domum quandam per capitulum memoratum optimuit; quæ non, nisi canonico successuerat assignari, tu quoq. cum ad eandem accessisti ecclesiæ consecratus, dictum Cællerarium cum canonicos alijs ad osculum recepisti; cum tamen tunc temporis non nisi canonici ad osculum admittantur, ^d et eidem super prædictis non mouissi per bienniū ^e questionem. vnde petijt, vt teab ipius super hoc molestatione indebita compescere dignaremur. Vnde dictus R. procurator tuus proposuit ex aduerso; quod cum dictus Cællerarius præbendam suam in prædicti Archiepiscopi Remen. manibus resignasset ipse de medietate una dictum G. nepotem suum, et de medietate alia dictu Cællerariū inuestiuit. Idem quoq. proposuit procurator, quod cum in Treceñ. ecclesia institutus

fuerit olim certus numerus canoniconum, et capituli iuramento firmatus, supradictus Archieps, qui et si legatus ^f fuisset in Teutonia, in Senoñ. tamen prouincia eidem non fuerat officium legationis iniunctum, institutionem huiusmodi facere non potuit, vt legatus; quin immo et si legatus in eadē prouincia extitisset, ad vincunt tam en spirituale ius, quod vacabat ibidem, insimul duos canonicos instituere sibi non licuit, contra canonicas sanctiones. nam si duo vincitam præbendam haberent, id esset contra Turon. concil. ^g quod præbendarum inhibet locutionem, si vero duobus in fratres, et canonicos receptis vni tantummodo præbenda dare tur, sub expectatione alius contra Later. cōcilii ^h remaneat. Præterea licet in ecclesiâ, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam præbenda vacante, in canonico quis possit assumi, ⁱ cū intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum assensi de nouo creatur, et cum electo in canonicum nascitur, et definit cum defuncto; in ecclesiâ tamen, quæ determinatum habet numerum præbendarum, vno dumtaxat individuo in re vacante, duo insimul eligi non possunt ad illud. cū huiusmodi spirituale ius diuidi, ^k seu communicari nequeat inter eos, quamquam interduij, ad quos spectat electio, de communi consensu augmentore ^m valeant numerum præbendarum, quoddam ius spirituale de novo creando; nisi forte statutum aliquod obuiaret, et quod esset iuramento firmatum, vel cui se. A. p. confirmatio accessisti, huiusmodi clausula prohibitionis adiecta; ⁿ vt si quicquam contra id fieret, non ualeret. propter quod institutionem præfamat nullam fuisse prædictus assertus procul; cum in Treceñ. ecclesia, sicut præmissum est, certus sit præbendarum numerus, quem capitulum, vel legatus minime augmentare intendebat, ^o velius aliquod de novo creare. Vnde noa his, et alijs intellectis, Cællerarium ante dictum, quem præbenda constitut prius libete resignasse, ad restituendum, neque ratione prædicta inuestitur tenebat, de con. f. n. sententialiter duximus condemnandum, ei super præbenda ipsa, vel eius parte silentium imponentes; ita quod per hoc supradicto S. nullum præbendum generetur, maxime cum res inter alios, acta non noceat. regulariter, alijs juxta canonicas, et legitimas sanctiones, ut ibi quis

COLLECT. IV. DECRETAL.

*Idem Episcopo, & Cantori Zemoreñ. & Abba-
ti de Moreola Zemoreñ. duoc.* Cap. 2.

DILECTO f.i.n.P. tit. sancti Marcelli presbytero Cardinali S. et R. procuratori bus dilector. filior.P. et G. apud se. Ap. constitutis, auditore cōcesso, idem S. proposuit coram eo; quod cum in Salamātin. ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum, et capitulum communiter pertinet, cantoria vacante, Salamātin. capitulum s̄p̄ius Episcopum monuisset, ut ad celebrādam Cantoris electionem cum eo pariter conueniret; eodem Episcopo intra semestre tempus id facere negligente, capitulum vti cupiens iure suo, in ecclesiā memoratā capitulo, sicut moris est, dilectum filium P. eiusdem loci canonicum in Cantorem elegit; ne quid in eiusdem electionis praejudicium fieret, appellando; quam supradictus S. auctoritate Apostolica petiūt confirmari; ac electionem, quā ven. f. n. Compostellanus Archiepiscopus post ap. huiusmodi de G. t̄ clerico multis criminibus irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis astriclo fecerat, tā quam minus canonice celebratam casuari. dī Etus vero R. proposuit ex aduerso; quod emerito sex mensium spatio, intra quod ad Episcopum, et capitulum Catoris electio pertinebat; Decanus, et quidam alij canonici Salamātin. Episcopo, Archidiacono, et non nullis alijs canonici, qui præsentes aderant in ciuitate, inconsultis, nō consueta hora, uel in capitulo iuxta morē, sed in ecclesia potius, quibusdam laicis aduocatis, flulte, et inordinate nimis eligere præsumperūt; et cū iam dicti Archiepiscopi, qui eos propter hoc excommunicauerat, adire præsentiam noluissent, et t̄ ipse intelligens auctoritatem eligendi iuxta Lat. concilij statutū ad se deuolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, et eundem fecit de catoria corporaliter inuestiri. Postmodū autē Decanus, et sui complices nobis de his mentione non habita, suggerēdo, quod Episcopus, qui monitus s̄p̄ius intra sex menses eligere noluerat, in ecclesiā detrimentum; eo, qui in Cātorem ab eodem Decano cum maiore parte capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem; & ad Decanum, Archid. et Archipresbyterum Abuleñ. nostras litteras impetravit, quarum auctoritate cum supradictus G. ab eisdem fuisse iudicibus evocatus, eisdem inhibuit, ne per dictas litteras procederent contra eum: cum in eis de

sua electione facta per Archiepiscopum, nulla mentio haberetur, et cū propter hoc, tuin quia prima citatione ad loca remota peremptorie citatus extiterat, tum etiam quia iudices quosdā ex electoribus dicti P. cōsanguinitatis linea contingebant, ad sed. Ap. appellauit. Sed iudices nihilominus ad Salamantinam accedentes ecclesiam, supra dictum P. in cantori possessione causa rei seruandæ contra iustitiam induxerūt. Cum igitur super his, et alijs coram eodem Card. procuratores ipsi aliquādiu litigassent; et ipse nobis fideliter retulisset, quę proposita fuerant corā eo: quia nobis constitut a supradicto Decano, et eius sequacibus post elapsum sex mēsium spatiū, intra quod Episcopus, et capitulum, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad electionē Catoris neglexerant; electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decreuimus irritam, et inanem; et appellationem ab eodem Decano, et suis auctoribus inter positam, factum Archiepiscopi, ad quē iam erat eligendi auctoritas deuoluta, ne quius se aliquatenus impedit. Quia vero contra personam illius t̄ G. quædā obiecta fuerant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides: mandamus, quat. nisi iam dicto G. aliquod canonicum obviat, electionem de ipso factā, sub. ap. ob. confirmetis, facientes ipsum eiusdem cantori pacifica possessione gaudere, contradictores etc.

Idem V. Episcopo.
Cap. 3.

VACANTE quadam præbēda in ecclesia tua, duas ex ea constitueas, ad illas de assensu capituli tui duos canonicos assūmpti; quorum altero apud se. Ap. viam vniuersitatis carnis ingresso, quam defunctus habebat, t̄ quidā clericus nomine Hippolytus fuit auctoritate se. Ap. assecutus. Verum cū idem Hippolytus te super integratione præbēda per quasdam nostras litteras inquietet, et alius idem ius aduersus te se habere proponat; quid facere debeas, postulasti per se. Ap. edoceri. super quo f. t. sic duximus respondendum, quod cum Turon. statuta concilij sectionem inhibeant præbendarum, teneris vtriq. de his, quę vacare contigerit, integrare præbendam, nisi forte rationabili causa de vacante præbēda supradicta duæ fuerint constitutæ,

ac t̄ tot sint vtriusq. prouentus, quod per utramq. sit vtriq. prouisum in beneficio competenti.

Idem in conc. Later. Conf. xxxiiij. t̄ Cap. 4.

*D*E multa prouidentia fuit in Later. concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, et plures ecclesias parochiales recipere contra factorum canonum instituta; alioquin et recipiens sic receptum amitteret, et largiendi potestate conferens priuaretur: Quia uero propter præsumptiones, et cupiditates quorundam nullus haec tenus, aut rarus de prædicto statuto fructus, prouenit: nos euidentius, et expressius occurrete cupientes, præsenti decreto statuimus; vt qui cumq. receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat t̄, eo sit ipso iure priuatus, et si forte illud retinere contenterit, etiam alio spoliatur. Is quoq. ad quem prioris spestat dominatio, illud post receptionem alterius libere conterat, cui merito uiderit conferendum, et si ultra sex menses conferre diluerit, non solum ad alium secundum Later. concilij statutum deuoluatur, verum etiam tantum de suis cogatur prouentib. in utilitatem illius ecclesiæ, uis illud est beneficium, assignare; quantum a tempore vacationis ipsius ex eo confiterit esse perceptū, hoc idem et in personatis decernimus esse obseruandum. addentes, vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumant, etiam si curam non habent animarum, circa sublimes tamē, et litteras personas, quę maioribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postula uerit, per sed. Ap. & poterit dispensari.

Idem in eodem conf. xxx.
Cap. 5.

*G*RĀVE nimis est, et absurdū quod quidam ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indeq. os, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quā ta ecclesijs damna prouenant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic mo:bo mederi, præcipimus; vt prætermisssis indignis assumant idoneos, qui Deo, et ecclesijs velint, et valeant gratum impendere famulatum. fiatq. de hoc in provinciali cōcilio diligens inquisitio annuatim; ita quod, qui post primam, et secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, a cōferendis beneficijs per ipsum concilium suspendatur, instata in eodem concilio persona prouida, et honesta, quę suppleat suspensi defectus in beneficijs conferendis, et hoc ipsum circa capitula, quę in his deliquerint, obseruetur. Metro politani vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilij nuntiandum. Vt autem hæc salubris prouisio pleniorē consequatur effectum huiusmodi suspensionis sententia præter R. o. Pontificis auctoritate, aut proprij Patriarchæ munierelaxetur.

Idem in eodem conf. xxxij.

Cap. 6.

c. 30. cōs.

*E*XTRIPANDA cōsuetudinis prout in quibusdam partibus inoleuit, quod felicet patroni ecclesiarum parochialium, et aliæ quædam personæ prouentus ipsarum sibi penitus vindicantes, presbyteri earundem seruitijs deputatis relinquunt adeo exiguum portionem, vt ex ea congrue nequeant sustentari. Nam, vt pro certo didicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua sustentatione non opulent, nisi quartam quartæ, idest sextam decimam decimaram. vnde sit, quod in his regionibus pñne nullus parochialis sacerdos, qui vel modicam habeat peritiam litterarum: cum os bouis alligari non debeat trituras, sed qui altari ferunt, debeat viuere de altari: statuimus, vt cōsuetudine quilibet Episcopi, vel patroni, seu cuiuscumq. alterius non obstante, portio presbyteris ipsis assignetur sufficiens. qui uero parochiale habeat ecclesiā; non per vicarium, sed per se ipsum illi deseruat in ordine, quem ipsius ecclesiā cura requirit; nisi forte dignitati, vel præbendæ parochialis ecclesia sit annexa, in quo casu cedimus, qui talēm habet præbendam, vel obispif. annua in eisdem uniorum millesimis annis studiis. CCC 2 vel obispif. annua in eisdem uniorum millesimis annis studiis.

COLLECT. IV. DECRETAL.

vel dignitatem, cum oporteat cum in maiori ecclesia deseruire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum, et perpetuum studeat habere vicarium, canonice institutum, qui, ut prædictum est, habeat de ipsius ecclesiæ prout uentibus portionem; alioquin illa se sciat autoritate huius decreti priuatum, libere alijs conferenda, qui velit, et possit, quod prædictam est, adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus ecclesiæ, quæ curam debet habere pro prijs sacerdotis, alijs pensionem quasi probe neficio conferte presumat.

Idem in eodem const. lxij. Cap. 7.

C. 34. c. 1.

In Lateranen. concilio * nolleitur fuisse
prohibitum, ne quilibet regulares ecclesiás,
séu decimas sine consensu Episcoporum de
manu præsumant accipere laici; nec ex com
municatos, vel nominatim interdictos ad
mittant aliquatenus ad diuina. Nos autem
id fortius inlibentes, transg. eſores di
gna curauimus. animaduersione punire.
Statuentes nihilominus, quatenus in eccl
esijs, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent,
iuxta eiusdem statuta concilij, Episcopis in
ſtituendos presbyteros repræsentent, vt illis
de plebis cura respondeant; ipsis vero pro
rebus temporalibus rationem ex hibent
competentem; institutos vero non remoue
re audeant inconsultis Episcopis. Sane adi
cimus, vt illos repræsentare procurent, quos
vel conuersatio reddit notos, vel commédat
probabile testimonium prelatorum.

**DE CONCESSIONE PRAE-
bendæ, et ecclesiæ non vacantis.**

T. III.

*Idem' Abbat. & conuentus monasterij sancti Ma-
chaelis de Castro.* Cap. 1.

c.14. de
cō. p̄c̄b.

C C E D E N S ad sedem Apo-
stolicam dil. si. R. clericus sua no-
bis insinuatione mōstrauit, quod
cum promiseritis uos prouisuros
eidem in ecclesiastico beneficio,
cum possetis, sicut per litteras Decani Sue-
sion. et suorum coniudicum super hoc a se.
Ap. delegatorum, quibus tenor litterarum
uestrę promissionis erat insertus, liquido

edocebat; vos id haec tenus efficere non cura
stis, allegantes coram iudicibus memoratis,
quod taliis promissio vos nullatenus obliga-
rat, + cum uideretur esse facta contra statuta
Lateranen*s*: concilij, quod promissionem in
hibet beneficij non vacantis. Nos autem co-
siderantes, quod aliud est praealatum promit-
tere beneficij collationem, cum poterit, ali-
ud cum uacabit, cum in multis casib*s* se
facultas offerre posset, in quibus non esset
collatio in expectatione vacaturi beneficij
differenda, per Ap. vobis te, man. quat. in e-
mo. R. competens ecclesiasticum beneficium
assignetis. Alioquin Abbatii sancti Ioannis,
et Decano Suesion*s*. damus nostris litigatis in
mandatis, ut vos ad id per cen. ec. ap. re com-
pellant.

**Idem P. subdiacono nostro, Preposito, etca: itulo
et brudum. Cap. 2.**

POST V.L.A.S T I S per sedem Ap. c. 13. et
edoceri; ut cum ad vos simul, et Archiepi-
scopum vestrum donatio p̄tēbendarū ec-
clesiæ ueltræ pertineat; vtrum p̄tēbēlæ ua-
cantis donatio penes Archiepiscopum i-
plum remaneat, si eam intra semestre tēpus
neglexeritis ordinare. Ad. quod vobis bre-
uiter repondemus, quod si vos, et idem Ar-
chiepiscopus intra tempus p̄scriptum ne
gligentes extitistis circa collationem t̄ vacan-
tium p̄tēbendarū, sicut nec ab illo ad nosst.
ita nec a vobis ad illum potestas deuoluitur
conferendi; sed secundum statuta Later. cō-
ciliij, ad superiorēm transit donatio earun-
dem, nisi forte Archiepiscopus, non ut p̄tē-
latus, sed ut canonicus ² vobis cū habeat ius
cōferēdi, et in hoc casu cum t̄dolose forsittā
impedierit, dolus ei ^b suffragari nō debet.

Innocentius in registro † Cap.3. + et. I

A C C E D E N S ad præsentiam nostrā
G. nepos quōdam subd.n. H. sua nobis quæ
stione mōlstrauit; quod cum dil.f. noster H.
subd. apud se. A p.viā vniuersę carnis ingress
sus fuit let, præbendā, quā decedens habue
rat in ecclesia Cremon. ei duximus conferen
dam, ven. f. n. H. Episcopo, et dilectis f. c capi
tulo ecclēsī Cremon. iniungentes, ut cum
in fratrem recipere ent, et tam illālum in cho
ro, quam locum in capitulo, præbendam eā
dem ipsi sine difficultate aliqua assigna
ent; tibi etiani fili Archid. et dil. f. Piz
zioso sanctę Agathę dedimus in mādatis,
ut si

LIB. III. TIT. III. DE CONCESS. PRAEBEN.

vt si Episcopus, et canonici mandatum Ap. non implerent, vos illud sub.ap. ob. exequi curaretis, contradicentes per cen.ec.ap.re. co-
pelentes. Cumq.tu, et idem Præpolitus, si-
cūt ex litteris vestris accepimus, monuisse-
tis Episcopum, et canonicos Cremōn. ad nā
datum Ap. exequendum, ipsi asseruerunt
nostras litteras per ueri suppressionēm o-
ptētas; cum viuente adhuc subd.prædicto si
lium cuiusdam nobilis ciuiis Crem. in cano-
nicum receperis, et promisissent proximā
vacaturam. adiecerunt etiam, quod ante re-
ceptionem litterarum nostrarum nuntiūm
suum ^a ad se. Ap. delinārūt; et ideo ne pro-
cederetis vltierius, ad audientiam noctiā ap-
pellarunt. Iuuenis etiam, cui per Episcopū,
et canonicos eadem fuerat præbenda con-
cessa, duxit ad audientiam nostram procla-
mandum. Vnde vos non processis vltierius,
sed quæ acta fuerant, per vestras nobis litte-
ras intimatis, petebat igitur memoratus G.
vt ex eo, quod canonici contra Later. con-
cilium fecerant, impedire non pateremur no-
stræ concessionis effectum; sed præbendam
ipsam faceremus eum pacifice possidere;
quæ si fuisset etiam iuueni memorato con-
cessa, debebat tamen nostra concessio, quæ
præcesserat, preualere. Verū dil. fil. Bonus
Ioānes prædictorum canoniconum, et Epi-
scopi nūtius proposuit, quod priusquam ad
eos mandatum Ap. emanasset, præbendam
ipsum iuueni cōcesserant n̄ memorato; et sub-
iunxit, quod dictus G. super homicidio, et
periurio infamia publica laborabat. Vnde nō
solum admittendus fō erat ad Cremōn. ec-
clesiam, sed ei cōciendus potius etiam dum f
fuisset admissus ^b. Episcopus quoq. per suas
nobis litteras intimauit, quod cum pro eo
den. G. litteras Ap. receperis, ei cōfisoluit,
vt si conscientia salua posset, tamen saltē
de periurio, et homicidio se purgaret. nisi cō-
tra eum appareat legitimus accusator, sed iu-
pice purgationem præstare noluit, nec offe-
re. Nos igitur attēdentes, quod si filius nobis
memorati, sicut Episcopi, et canoniconū
Crem. et executorū nostrarum litterarē at-
testabantur, fuit contra Later. concilium ad
proximam vacaturam admissus; vt postmo-
dum acceperunt, non vacantem, cum prius
quam de morte sub. ad Crem. certus nūtius
peruenire potuisset, prædictam præbendam
concesserimus memorato G. d. u. per Ap. sc.
man., quatenus, quod de p̄am̄ilo iuueni fa-
ctum est, denuntietis irritum, et inane; ac ni
si præfatus clericus super predictis f crimi-
nibus publice fuerit infamatus, vñ celsio-
nem nostram f sibi factam per cen. ec. ap. re.
executioni mandetis. demum f si legitimus
accusator apparuerit, audiatis, quæ fuerint
hinc inde proposita; et si prædicta criminā,
vel eorum aliquod legitime fuerint probata
f ipsi super eadem præbenda, perpetuum
silentium ap. postposita imponatis. Quod
si probare nequiuenterint, eam sibi auctorita-
te Ap. confirmetis. Si vero contra eum legi-
timus nō appatuuerit accusator, supse super
prædictis criminibus dignoscitur fama re-
spersus, purgationem ei. canonica indicatis;
in qua si forte descerit, perpetuum silentium
ei imponere curetis; si autem præstiterit ip-
sam, contradicentes ab eius molesta comp-
pescatis, et eos, qui n̄ si sunt impeditre, in ex-
pensis ipsi legitimis condemnatus.

siterit, quod in Nouarien ecclesia præbenda vacaret tempore, quo super praebendas iam dicti clerci nostras litteras receperunt, t̄ eum eam penitus alij in delusionem mandati nostri duxerint t̄ cōferēdam; eundem clericum, si non alibi sufficiens habeat beneficium ecclesiasticum, iuxta tenorem prioris mandati nostri, a predicitis clericis recipi faciat, et eisdem de redditibus ipsius ecclie singulis annis competentes assignati proutus, donec ei sit in beneficio præbendario prouisum.

DE HIS, QVAE FIVNT A MA-

iore parte capituli. T. III. I. sup.

Idem. Cap. viii.

X parte tua, frater Archiepiscoppe, Apostolicis fuit auribus intitulatum, quod ad restaurandam fabricā t̄ Rotomagen ecclesiae tractatum coniuncter habuisti, t̄ te fr. Archiepiscope, postulante, ut qui libet canonicorum tecum pariter aliquam suorum reddituum portionem operi tā pio, et necessario deputaret. Quia vero super eo diuersa fuerunt inter vos filij canonici, et variæ voluntates, ne tam laudabile opus ex vena differentia t̄ negligatur b̄ auctoritate præsentium duximus statuendum, ut si qui vestrum ipsius Archiepiscopi, et maioris, et sacerdotis partis capituli statutis super hoc constitutionibus t̄ duxerit resistendum, optinet sententia plurimorum.

DE REBUS ECCLESIAE

non t̄ alienandis. T. V.

Idem in con. Lat. const. xlviij. Cap. viii.

V. M. laicis quamvis religiosis disponendi de rebus ecclesiasticis, nulla sit attributa potestas, quos subsequendi t̄ maner necessitas, non autem imperandi; dolimus in quibusdam ex illis sic refrigerescere caritatem, quod inmunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam nedium sancti patres, sed certiani principes seculares multis privilegijs munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius confictionibus impugnare, nō solum dealienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiarum, et usurpatione iurisdictionū, sed etiam de mortuarijs, nec non et alijs, quæ iuri spirituali vindicentur annexa illicite præsumendo, volen-

tes igitur super his ecclesiarum indemnitatis consulere, ac tantis grauaminibus prouidere; constitutione huiusmodi venditiones feudorum, seu aliorum bonorum sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, præsumi occasione constitutionis laicæ potestatis, cum nō constitutio, sed deslitatio, vel destrutio dici possit, nec non usurpatio iurisdictionis, sacri approbatione cōcilij decreuimus non tenere, præsumptoribus per cent. ec. compescendis.

DE FIDELISSORIBVS. T. VI.

Idem in eodem const. lxx. Cap. viii.

V. O. D quibusdam religiosis a se. Ap. est prohibitum, volumus, et mādamus ad vniuersos extendi, ne quis videlicet absq. maioris partis capituli, et Abbatis sui, licentia pro aliquo fidei iubeat, vel ab aliquo pecunia mutuo accipiat, ultra sumam communī prouidentia constitutam: alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere, nisi forte in utilitate domus ipsius cōsiderit manifeste redūdas se, et qui contra istud statutū venire præsumit, grauiori disciplinæ subdatur.

DE PIGNORIBVS. T. VII.

Idem. Cap. viii.

IGNIFICANTE dil. fil. Roterto ciue Pisano ad nostrā noueritis t̄ audientiam peruenis se, quod cum domum suam eum orto Galiciano G. Pisano cui t̄ pro cclj. libris pignori obligasset, et promissæ cautio ne præstuti iuramenti, quod nisi domum ipsam statuto inter eos termino recolleret, id est redimeret, tundem creditorē super ea vltierius minime molestaret, et intra statutū tempus per certum, et fidelem nuntium, prout ei iudebatur, creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuntius insiditer agens, sicut ei iniunctum fuerat, non persoluit, postmodum prædictus R. ab Imperatore detentus, multa pericula sustinuit, et labores, nec dicto t̄ G. satisfacere potuerit, t̄ vt debebat: nunc per Dei gratiam libertati pristinæ restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse prorsus recusat recipere; quia ei non fuit statuto termino persoluta. Cum igitur pactū legis commissorie sit in pignoribus improbatū; et quantum in eo fuit, prædictus R. iuramē-

ti debitum adimpluerit, cum per eum, quē certum nuntium sperabat, pecuniam remisit termino constituto; sed dum fuit in imperiali captione detentus, satisfacere non posuit creditori; d. v. præsentium auctoritate mādamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, prædictum creditorem, vt sorte sua contentus existat pensionibus præfati pignoris computatis in forte, et domum ipsam, et ortum præfato R. omni postposita dilatione resignet, per cen. ec. pacto tali, vel iuramento nequaquam obstante, admonitione præmissa, sublato contradicet ap. ob. sta. compellatis.

DE SEPVLTVRIS. T. VIII.

Idem. Cap. viii.

INCERVM tūx douotio nis affectum, quem ad Deum, et ecclesiā in crucis negotio habere, probaris, in domino commendantes, cōsultationibus ex parte tua nobis exhibitis, sic duximus respōdendum; quod sepultus extra cōmeteriu. ecclie, pro quo superstes consanguineus patratus est signū crucis assumere, in subsidiū terræ sancte, si defunctus uere pānitens in ecclie communione deceſit, ecclieasticæ tradi poterit sepulturæ, dummodo ex hoc ob terræ consuetudinem nullum scādalu generetur.

DE DECIMIS. T. IX.

Idem Episcopo Beluacēn. Cap. I.

V. M. contingat interdū etiam in tua dioec. etc. et infra. Præterea requisisti, cum aliqua prædia, de quibus ecclesijs, aut personis ecclesiasticis decimæ soluebantur, ad fratres Cisterciens. t̄ ordinis donatio nis, vel emptionis, vel alio titulo deuoluūtur, an idem fratres de talibus prædijs ipsiis ecclie, vel personis decimas soluere teneantur. Super quo tibi tale damus responsum; quod cum prædictis fratribus a se. A pessolica sit indultu, vt de laboribus suis, quos proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, decimas nulli prorsus persoluerere teneantur, de prædijs taliter adquisitis ecclie, vel personis ecclesiasticis decimas soluere non tenentur, dummodo proprijs manibus eorum, aut sumptibus excolantur. Cum autem in quibzdam parochijs ad quasdam ecclesijs, vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, et de novo siant no-

alia in eisdem; quæris a nobis, ad quem huiusmodi noualium decima incipiat pertinere. Vnde inquisitioni t. breuiter respondeamus; quod cum perceptio decimaru. ad parochiales ecclesijs de iure communi pertineat, decimæ quorūq. noualium, quæ fiunt in parochijs earundem ad ipsas proculduo pertinere noscuntur, nisi ab ipsis, t̄ qui a t̄ bis lrias percipiunt decimas, causa rationabilis, ostendatur, per quam appareat noualium ad eos decimas pertinere.

Idem Episcopo Beluacēn. Cap. 2.

C V. M. in tua dioecesi quædā monasteria, et conuentuales ecclesijs in multis parochijs maiores decimas percipiunt, et minutas, de quibusdam fructibus annuatim perceptis, t̄ decimæ non fuerūt persolutæ, quæ cū persoluitur, quæ siuisti per se. Ap. edoceri, ut prædictum decimæ fructuum prædictorum ad parochiales ecclesijs, quæ nō maiores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria, et illas ecclesijs conuentuales, quæ decimas alias percipiunt ab antiquo, debet pertinere. Ad quod sic duximus respondendum; quod si fructus prædicti de illa terra t̄ proueniunt, de t̄ tanqua monasteria, seu conuentuales ecclesijs a antiquo percipiebant ratione decimaru. prouentus, eis procul dubio decimæ fructuum debeat eorum; cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, et non debet una, eademq. ecclie diuerso iure celeri. b̄ alioquin parochialibus ecclesijs exsoluantur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimaru.

Iacob Vespremin. t̄ Episcopo.

Cap. 3. t̄ Vesperino.

D. V. D. V. M. aduersus fratres Hierosolym, hospitalis sancti Stephani Albeni, te proponente in nostra præsentia questione, quod ipsi decimas laborum, quos proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, non contenti, decimas de laboribus rusticorum suorum Vesprem, t̄ ecclie debitas non permitterent tibi solui, eisdem citauimus, præf. primen gentes eis terminum cōcilium generale, quo cum instrumentis, et rationibus suis nostro se conspectui præsentaret, tibi respōdere parati: comparentibus igitur te, ac ipsis statuto termino coram nobis dil. fil. nostr. G. tit. Sancti Martini presbyterum Card. tibi, et ipsis concessimus auditorem, coram quo de cimas omnium terrarum, quæ per rusticos hospitahs in Vesprem, t̄ dioec. excoluntur, t̄ Ves de Cyrogā, et de noua curia ecclesijs, quæ primen

Ccc 4 per

per hospitalarios detinentur, easdem tāquā ad te spectates, intentione tua de iure com
muni fundata petisti. Prior autem hospita
lis eiusdem in predictis decimis, et ecclesiis
prescriptionem allegans, proposuit se tibi
non teneri super his aliquatenus responde
re, quod cum per auditorem eundem ad no
stram audienciam peruenisset, mādauius,
quod idem Prior prescriptionis titulu, quē
allegarat, probaret. ^b Qui tandem post deli
berationem prahabitat coram v. f. n. Al
ban. Episcopo, qui post recessum memora
ti Cardi. de causa cognouit, inclitē recorda
tionis G. t Regis, ac E. matris ipsius Reginæ
Vngaria concessionem allegavit, qui eccl
esiā sancti Stephani, ad quam tunc tempo
ris, sicut afferuit, ecclesiā memoratē spe
tabant, cum decimis, et pertinentijs suis cōces
serunt in perpetuam elemosynam, hospi
tali donationis titulo assignavit, t cōfirma
tionis bo. me. Cle. t Papæ præd. n. transcri
ptum exhibens, per quod probare volebat
concessionem prædictam plenum habere ui
gorē, et afferens nihilominus ipsam a fe. re.
Lucio Papa prædecessore n. postmodum cō
firmatam. Ceterum ex parte tua fuit pro
positum ex aduerso, quod in decimis, et in ec
clesijs a Rege, et Regina donatis præscriptio
nem non poterat opponere pars aduersa,
qua nec a donatione ipsorum initium habe
re poterat, nec a confirmatione præfata tan
tum tempus effluxit, quod possit præ
scriptio cōsummari, et sic donationis Regis,
ac Reginæ allegatus titulus nullus erat; cum
sacrilegij crimen incurrat, secundum cano
nicas sanctiones, qui ecclesiā, vel ecclesiastī
cum aliquod beneficium de manu recipi
ret t laicali. ^c Vnde si contingat laicū in do
natione ecclesiā talibus verbis vt; do ubi
ecclesiā talem, nihil aliud concedere intel
ligitur, nisi ius patronatus tantum, quod ha
bet in ipsa, prout in constitutione f. a. nō
bis edita continetur expresse, contra confir
mationem autem fuit hoc modo respōsum,
quod cum confuse ipsa ecclesiā sancti Ste
phani cum omnibus decimis, et ecclesiis, et
alijs, quē ad eandem pertinent, confirmetur;
ius Episcopale non tollitur, cum de illo nō
exprimatur ibidem, sed tantum debita de
cimarum portio intra parochiam ecclesiā
sancti Stephani collatarum secundum terrę
consuetudinem, eisdem hospitalarijs reser
uetur. præsumi cum petitā a te decimē in
parochia sancti Stephani nō consistat, quod
de plano confessa est pars aduersa. e contra

vero sunt a parte altera replicatum, quod cū
spatio xxx. annorū tacueris, iuri tuo tacite
renuntiasse uideris. Sed et hoc pars tua visa
est repellere, t allegando, quod xxx. anno
rum taciturnitas non iure communi, sed in
privilegijs & noscitur optinere, vnde iure cō
muni, quod habet Episcopus in decimis, vel
in ecclesiis suę dioec. non nisi XL. annorū
taciturnitate priuatur. Nos igitur his, et alijs,
quē hinc in fuerunt proposta, plenius
intellectis, cum donatores predicti conferre
non potuerint alijs, quē ipsi de iure non po
terant possidere, et ex confessione partis ad
uersē liquido nobis cōstat, petitas decimas,
et ecclesiā intre parochiam sancti Stephani
nō cōcludi, etiam si predicta t donatio te
neat, quod, t per confirmationem predicti m
Clementis super ecclesiā sancti Stephani
hospitali cum decimis, et alijs, ad se pertinē
tibus factā, etiam si authenticū appareret, t
Episcopali iuri nullatenus derogetur; ^k
def. n. con. auctoritate Ap. sententialiter
prohibemus, ne fratres hospitalis præsumat
alterius præpedire, quominus decimas perci
pias memoratas, et pacifice possideas in futu
rum. <sup>tappa
reas</sup>

Idem.

Cap. 4.

T V A ^a et infra. Imperialis concessio
nem cumq. generaliter fiat, neminem
potesta solutione decimarum excimerē, quē
diuina constitutione debentur, nec occasio
ne decimationis antiqua, licet in feudum
decimā sint concessæ, sunt decimæ noualii
vsurpandæ; cum in talibus non sit extende
da licentia, sed potius restringenda.

Idem in conc. Later. const. luy.

Cap. 5.

I N aliquibus regionibus quādam per
mixta sunt gentes, quē secundum suos ri
tus decimas de more non soluunt, quamvis
censeantur nomine Christiano. his nōnulli
domini predictiorum ea tribuūt excolenda,
vt decimis defraudantes ecclesiās maiores
inde redditus assequantur. Volentes igitur
super indemnitatibus his ecclesiārum pro
videre, statuimus; ut ipsi deinde talibus per
c. 41. c. 1. AVDIVIMVS de quibusdam Episcopis, quod decadentibus ecclesiis rectoribus ipsas interdicto subiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecunia pefolvaratur. Praterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, aut apud religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil religioso loco reliquerit, difficultates ingerunt, et malitias, donec aliquid misericordiam suam contingat eorum. Cum igitur non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali sit secundum Apostolum abstinentia; exactiones huiusmodi penitus inhibemus; quod si quis transgressor extiterit, exacta duplicita restituat in utilitates locorum, in quorum fauore dispendiū soluta, fideliter conuertenda.

Idem in eod. constitutio lxxij.

Cap. 6.

c. 42. c. 1. AD Ap. aud. frequenti relatione peruenit, quod quidam clerci pro execuiss mortuorum, et benedictione iubentium, et similibus pecunianis exigunt, et extorquent; et si forte eorum cupiditati non fuerit satis factum, impedimenta fieri fraudulenter opponunt. econtra vero, quod laici laudabili consuetudinem erga sanctam ecclesiam pia deuotib[us] fideliū introductam ex ferento hereticā prauitatis nituntur infringere, sub praetextu canonicae pietatis, quapropter has prius exactiones pricipimus obseruari, statuentes, ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta; sed per Episcopum loci ueritate cognita ceteri pescatur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

DE MAGISTRIS.

Tit. III.

Idem in eod. constitutio lxxij.

Cap. viii.

VIA nonnullis propter h[ab]i-
pian, et legendi studiis, et o-
portunitas proficiendi suberahi-
ter, in Later. concilio p[ro]p[ri]a fuit co-
stitutione prouisum, ut per unam
quamq[ue] cathedralem ecclesiam magistro,
qui clericos eiusdem ecclesie, alioq[ue] iochola-
res pauperes gratis instruueret, aliquod co-
petens beneficium praeberetur, quo et do-
centis reueuaretur necessitas, et tunc pateret
dissentibus ad doctrinam. Verum quoniam
in multis ecclesiis minime obseruatur, nos
prae dictum roborantes statutum adicimus;
ut non solum quelibet cathedralis ecclesia,
sed etiam in alijs, quorum sufficere potue-
rint facultates, constituantur magister idoneus,
et praelato eum capitulo, seu maiori, et sa-
miori parte capituli eligendus, qui clericos ec-
clesiarum ipsarum, et aliarum gratis in gram-
matica facultate, ac alijs instruat iuxta poisse.
Sane metropol. ecclesia theologum in h[ab]i-
tus habeat, qui sacerdotes, et alios in fa-
cra pagina doceat, et in his praetextis infor-
met, quae ad curiam animarum spectare nos-
cuntur. Asignetur autem cuilibet magistro
rum a capitulo unus praebenda b[ea]t[er]a prouetus,
et a Metropolitanu tantumdem, non quod
propter hoc efficiatur canonicus; sed tadiu
redditus illos percipiat, quamdiu perfrui-
rit in docendo. Quod si forte de duobus me-
tropol. ecclesia graueretur, theologo iuxta mo-
dum prae dictum ipsa prouideat, grammatico
vero in alia ecclesia suæ ciuitatis inue-
dit, quæ sufficere valeat, faciat prouideri.

*c. 4. de
magis-
tris.*

*DE IUDAETIS, ET SARRACE-
nis.* Tit. III.

Idem in eod. constitutio lxxij.

Cap. 1.

c. 16. c. CVM sit nimis absurdum, ut Christi blas-
phemus aliquis in Christianos iura exerceat
potestatis; quod super hoc Tolet. concil. a
prouide statuit, propter transgressorum au-
daciā, et hoc generali concilio innouamus,
prohibentes; ne Iudei publicis officijs præ-
ferantur, quoniam sub tali praetextu Christi
anum plurimum sunt infesti. Si quis autem
eis officium tale commiserit, per prouincia-
le concilium, quod singulis annis pricipimus
celebrari, monitione præmissa, districione,
qua conuenit, compescatur; officiali vero hu-
iusmodi tamdiu Christianorum communio
in commercijs, et alijs denegetur; donec in
v[er]sus pauperum Christianorum secundum
prouidentiam dioecesani Episcopi conuerta-
tur, quidquid fuerit a Christianis ademptum
occasione officij sic suscepit, et officium cu[m]
pudore dimittat, quod iureuenter assu-
pli; hoc idem extendimus ad paganos.

Idem in eod. constitutio lxxij.

Cap. 2.

*c. 15. de
Iude.*

*DE IUDAETIS, ET SARRACE-
nis.* Tit. III.

Idem in eod. constitutio lxxij.

Cap. viii.

*c. 4. de a
postat.*

*N*onnullis prouincijs, a Chri-
stians, Iudeos, seu Saracenos ha-
bitus distinguunt diuersitas, sed
in quibusdam sic quedam ino-
leuit confusio, ut nulla differentia discernan-
tur. unde contingit interdum, quod per er-
torem Christiani Iudaeorum, seu Saracen-
rum, Iudei, vel Saraceni mulieribus Chri-
stianoru[m] confunduntur. Ne igitur tamdam
nit[er]e omixtionis excellus per velationem er-
roris huiusmodi excusationis possit habere
diffugium; statimvis, ut tales vtriusq[ue] sexus
in omni Christianoru[m] prouincia et omni
tempore, qualitate habitus publice ab alijs
populis distinguantur; cu[m] per Moisen hoc
ipsum

ipsum eis legatur iniunctum. In diebus au-
tem lamentationis, et dominice passionis
publice minime procedentes; eo quod non
nulli ex ipsis talibus diebus, sicut accepimus,
et ornatius non erubescunt incedere; ac Chri-
stianis, qui sacratissimam passionis memoriam
exhibentes, lamentationis signa pretendunt,
illudere non formidant. Illud autem distri-
ctissime inhibemus; ne in contumeliam Re-
demptoris aliquatenus prosilire præsumat.
Et quoniam illius dissimulare non debemus
opprobrium, qui probra nostra deleuit: præ-
cipimus presumtores huiusmodi, per prin-
cipes secularis condignæ animaduersonis
adiectione compesci: ne crucifixum pro no-
bis aliquatenus blasphemare presumant.

Idem in eodem const. lxx.

Cap. 2.

in eius obseruatione conseruet, cum minus
malum existat viam domini non agnoscere,
quam post agnitam retroire.

DE HAERETICIS, ET MANI chis Tit. V.

Idem.

Cap. 1.

VANTVM ecclesia labora-
uerit per prædicatores; et cruce
signatos ad exterminando hæ-
reticos, et ruptarias de prouincia
Narbon. et partibus sibi vicinis;
totus p[re]ne orbis cognoscit, et quidem per
Dei gratiam, et solleititudinem nostram val-
de proficit, cum exterminatis utrisq[ue] terra
ipsa in fide catholica, et pace fraterna iam sa-
lubriter gubernetur, quia vero nouella plan-
tatio adhuc indiget irrigari; sacri concilij cō-
silio ita duximus prouidentum; ut quoniam
R. quondam Comes Tolosanus culpabilis
reportus est in utrisq[ue]. nec v[er]um sub eius
regimine terra potuit in pacis, et fidei statu
seruari; sicut ex longo tempore certis in
dicijs est compertum; ab eius domino, quod
prae gessit, perpetuo sit exclusus, extra
terram ipsam in loco idoneo moraturus, v[er]o
bi dignam agat p[re]nitentiam deportatus.
Verum de prouentibus terræ cccc. mar-
chas percipiatis annuatim, quādiu curauerit
humiliter obedire, uxor vero ipsius Comitis
soror quondam Regis Aragoni, cui ab omni-
bus laudabile testimoniu perhibetur, quod
sit catholica mulier, et honesta; terras ad suū
dotalicum pertinentes integre habeat,
et quiete, ita tamen, vt sic ad mandatum ec-
clie[si] faciat custodiri, quod per ipsas nego-
tium pacis, et fidei nō ualeat perturbari. To-
ta vero terra, quam optinuerunt cruce signa-
ti aduersus hæreticos, credentes, et fautores,
et receptores eorum cum monte Albano,
atq[ue] Tolosa, quæ magis extitit hæretica lab[or]a
corrupta, dimittatur, et cōcedatur, salvo per
omnia catholicorum iure virorum, et mulie-
rum, et ecclesiastica Comiti Montis fortis
uiro strenuo, et catholico, qui plus ceteris in
hoc negotio laborauit, ut eam teneat, a qui-
bus est de iure tenenda, residua vero terra,
quæ non fuit a cruce signatis obtenta, custo-
diatur ad mandatum ecclesie per uiros idoneos,
qui negotium pacis, et fidei manu te-
nant, et defendant; ut prouideri possit uni-

*dots
lutea*

co

COLLECT. IV. DECRETAL.

^{† p̄f̄sa} co filio Comitis pr̄dicti † Tolosani. et postquam ad legitimam ætatem peruererit; si tamen se studuerit exhibere, quod in toto, vel in parte ipsi merito debeat prouideri; pro ut magis v̄debitur expedire. De negotio vero Comitis Fuxensis plenius cognoscatur, et quod æquum fuerit, iudicetur; ita quod castrum Fuxense custodiae nostræ commissum pro ipso ad mandatum detineatur ecclesiæ, donec huiusmodi negotium terminetur. Ad hæc quoniam super his multæ poterunt dubitationes, et difficultates oriri, omnes ad Apostolicæ sedis iudicium referantur; ne forte, quod multis est sumptibus peractum, per alicuius violentiam, seu malitiam dissoluatur.

^{† iij.} Idem in con. Lat. constitutio iij. ^{Cap. 2.}

^{c.13.c.1.} EX COMMUNICA MVS igitur, et anathematizamus omnem heresim extollentem se aduersus hanc sanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes uniuersos hæreticos, quibuscumq. nominibus censeantur, facies quidem diuersas habētes, sed caudas ad inuicem colligatas; quia de vanitate conueniūt in id ipsum: damnati uero præsentibus sacerdatis potestatibus, aut eorū ballius relinquātur animaduersione debita puniēdi, prius clericis a suis ordinib. degradatis, ita quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur, si vero clerci, applicētur ecclesijs, a quibus stipendia ^c percepérūt. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq. personæ propriam ignorantiam congrua purgatione mōstrauerint, anathematis gladio feriantur; et vsq. ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur. ita quod si per annum in excommunicatione persistenter, extunc veluti hæretici cōdēnentur, moneantur autem, et inducantur, et si necesse fuerit, per cen. ec. compellantur sacerdatis potestates, quibuscumq. fungātur officijs; vt sicut reputari cupiunt, et haberit fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro uiribus exterminare studebunt. ita quod amodo, quādo cumq. quis fuerit in potestatem, siue perpetuā, siue temporalem assumpitus, hoc teneatur cum iuramento seruare. si vero dominus

temporalis requisitus et monitus, ab ecclesia terram suam purgare neglexerit^e ab hæretica fœditate; per Metro politan. et prouinciales Episcopos excommunicis vinculo in nodetur; et si satisfacere contempserit intra annum, significetur hoc summō Pōtifici, ut extunc ipse uassallos^f ab eius fidelitate demuniet esse abolutos, et terram exponat catholicis occupandam; qui eam exterminatus hæreticus abiq. vlla contradictione posseant, et in fidei puritate conseruent, salvo iure domini principalis; dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec a liquo impedimentum oponat. eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales. Catholici vero, qui crucis sumpto charactere ad hæreticorum exterminū se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, quarum priuilegio sunt muniti, quæ accendentibus in terra sancta subsidium cōceduntur. Credentes præterea, receptatores, defensores, et fautores hæreticorum excommunicationi decernimus iubacere. firmiter statuentes, vt prius quam quilibet tali nō fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contēperit intra annum; extunc ipso iure sit in famis; nec ad publica officia, seu cōsilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittantur. sit etiam instabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. nullus præterea ipsi super quoq. negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferatur. si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur; si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti; sed cum auctore damnato damnentur, et in similibus item præcipimus obseuari. si vero clericus fuerit, ab omni officio, et beneficio suspenderetur; ut in quo maior est culpa, grauior habeatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint; excommunicationis sententia vsq. ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumat tradere sepultura; nec elemosynas, aut oblationes eorum percipient; alioquin suo priuenter officio, ad quod nūquā restituātur absq. indulto & sedis Apostolicæ speciali, similiter quilibet regulares, quibz etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia in

LIB.V.TIT.VI.DE HOMICIDIO CASVALI.

25

in illa dioec. non seruentur, in qua tales præsumperint excessus perpetrare. Quia vero nōnulli sub specie pietatis virtutem eius, iuxta quod ait Apostolus, abnegantes, auætoritatem sibi vindicant prædicandi; cum idem Apostolus dicat; quomodo prædabunt, nisi mittantur: omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auætoritatem ab Apostolica sede, vel catholicæ Episcopo loci subsecutam † publice, vel priuatim prædicatio-piæ officium usurpare præsumperint; ex Gre - communionis vinculo innudentur; et nisi gor. 9. quantocius resipuerint, alia competenti poena plectentur. Adicimus tamen, vt qui libet Episcopus, vel Archiepiscopus per se, vel Archidiaconum suum, vel alias idoneas personas bis, aut saltē semel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; et ibi tres, vel plures boni viros testimonij, vel etiam si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat; quod si quis ibidem hæreticos scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrat, seu a communī conuersatione fidelium vita, et moribus disidentes, Episcopo eos studeat indicare. ipse autem Episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos; qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint lapsi perfidiam; canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramentum obſtinatione damnabili respuit, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hæretici reputentur. Volumus, et mandamus, et in virtute obedientiae præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per dioc. suas diligenter inuigilent, si canonicam volunt effugere vltionem. si quis enim Episcopus super expurgando de sua dioec. hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indicijs ^k apparuerit; ab Episcopali officio deponatur, et in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, et possit hæreticā confundere prauitatem.

DE HOMICIDIO CASVALI, SEV voluntario. Tit. VI.

Innoc. iij.

^{c.17. de homie.}
^{† prima. Pin na. for- te}

P ETRVS diaconus, et monachus Sancti Ioannis de Puna † sua nobis insinuatione monstrauit; quod cum in sacerdali ipsum habitu constitutum in ecclesia de

Cap. 1.

^{Idem e Abbati Sancta Trinitatis de Maleconis.}
Cap. 2.

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod cum quidam maleficus ingressus ecclesiam de Bristio, †

^{c.18.c.2.}
^{† Bristio}

Eee Dei se

Dei timore postposito, eucharistiam, cum altarium ornamentis, et libris ecclesiasticis extra ecclesiam asportasset, dilectus filius Laurentius presbyter ecclesiae lator presentum, regularis canonicus, quem in predicta ecclesia de Brucio † institueras capellani, prefatu iniquitatis filium, sessorio arrepto percusserit, sed si ad mortem fuit ictus huius modi, tu, et ipse penitus ignoratis, cum auctem parochiani ecclesiae memoratae audirent predictum maleficum ornamenti ecclesiae asportantem, ipsum arreptus gladijs, et sustibus in eodem loco protinus occidentur, predictus † vero Laurentius de sua salute praecogitans euoluto anno, sub titulo confessionis, rei ordinem tibi reuelauit, pro quo nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Licit autem continetur in canone, quod si quatuor homines, aut quinque, vel plures contra hominem unum rixati fuerint, et ab his mortuus fuerit vulneratus; quicumque ilorum ei plagam inposuerit, homicida secundum statuta canonum, iudicetur. quia tamen in alio canone dicitur de presbytero, qui diaconum equitantem percussit, et ipse cadens ex equo cervice fracta interiit; quod si non ad mortem percussus est, incaute agente presbytero, competens pænitentia est indicenda; ita quod aliquanto tempore a missarum suspensus sollemnis, denuo ad sacerdotale officium reuertatur. quod non † veraciter qualcumque percussione presbyteri mortuus est diaconus, nulla ratione more sacerdotis permittendus est ministrare; etiam si voluntatem non habuerint occidendi. Nos in premioso casu credimus distinguendum; vtrum constare possit, quod praefatus sacerdos non influxit † percussione letalem, de qua videlicet, si aliorum vulnera non fuissent subsecuta, percussus minime interiisset. quod si percussor voluntatem non habuerit occidendi, nec ipsius studio, vel consilio, vel mandato processerint alij contra illum; et qui dem si hoc ita se habet, quod forsitan ex eo posset ostendi, si certa apparuisse percussio ab eodem inficta, tam modica, et tam leuis, in ea corporis parte, in qua quis de leui percuti non solet ad mortem, ut peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse letalis, cum de ceteris credendum sit ipsi sacerdoti, qui non accusatur,

Idem.

Cap. 3.

TVA nos duxit f. con. et infra. Tertio quæsiuisti Apostolicæ se. responso explicari, quid sit de quodam monacho sentendum, qui credens se quandam mulierem a gutturis tumore curare, ut chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit; et cum tumor ille aliquantulum resedisset;

mona-

eruerit: latro vero se ad quoddam cœnobium transtulit, et ibi per triduum ira, et dolore commotus, nec potum sumpsit, neque cibum, et sic de medio est subtractus. Vnde per nostrum postulas oraculum edoceri; vtrum praefatus scholaris ad sacros ordines valeat promoueri. Nos igitur inquisitioni tue respondemus, quod si praefatus scholaris dignis meritis induciatur, propter praescriptum euentum a susceptione sacerorum ordinum nullatenus est arcendus.

Idem Priori, & fratribus Cartuſenib⁹.

Cap. 4.

† ultimum: quæ tamen confessa est, quod quia vento exposuit semetipsam, sibi dederat causam mortis. vtrum videlicet, cum predictus monachus sit sacerdos, licet ei sacerdotale officium exercere. Nos igitur s. t. taliter respondemus, quod licet ipse monachus de liquerit alienum officium usurpado, quod sibi minime congruebat; si tamē causa pie tatis, et nō cupiditatis id egit, et peritus erat in exercitio chirurgie, omnemq. studuit diligentiam, quam debuit adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra cōfilium eius accidit, adeo reprobandus; quod non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare; alioquin interdicta est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore. Ad ultimum fuit ex parte tua propositum, quod qui dam scholaris metuens, ne latrones in domo sua † essent, paruo allumpto gladio, ut ignem quereret, de strato surrexit, et cū venisset ad ostium, ignarus reperit ibi furem, qui cum scholari luctari incipiens, non solū ipsum scholarem prostravit ad terram, sed etiam pæne ad mortem vulneravit cūdem. Scholaris vero prouocatus ab illo, vim incontinenti repellens, extracto, vel extorto latronis gladio, eundem feruato iuris moderamine repercussit; qui perterritus fugā, quamcūtius † potuit, maturauit. mane itaq. lucelcente scholares latroneis quæsiuerunt eundem; qui vulneratum inuentum Potestati Vicentiae tradiderunt, coram quo constanter negauit, quod premissa minime perpetravit. vnde praefatus Potestas ad eūdem scholarem suos nuntios destinauit, vt exponeret, si qua sciret de fure predicto, vel traduceret intersignia; qui cultrum, quod ipse † latroni abstulerat, et totulares ab eodem in ipsius domo dimisso, quos abstraxerat sibi, ne pedum strepitus audiretur, nuntijs tradidit memoratis, super eodem facto se nihil amplius intronittens. Potestas igitur receptis talibus intersignijs, latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum, qui sibi amputauerunt virilia, et oculos sufficiat ad onera matrimonij supportanda.

Ecc. 2. Idem

Idem electo V. de Octonem.

Cap. 1.

ALVBRITE R, et infra. Sa ne generum ad fructus possessio uirum, quæ sibi sunt a socero pro numerata dote pignori obligatae computandos in fortem, non credimus cōpellendum: cū frequenter dotis fructus nō sufficiat ad onera matrimonij supportanda.

Ostien. Ep̄m, quē partibus cōcelimus auditore, quā proposita fuerāt coram eo, obiectiones propoūtas ab ipso Ep̄scopo contra priuilegia p̄edictorū P̄aschalis Pap̄e, et s̄c̄ti Regis Stephani, quibus^b Abbas iustificiēter respondit, inualidas esse dēcerminus; v̄t eis nō obstan, priuilegia ipsa ualida reputātur, si p̄dicti Regis^a authenticum talē repertū fuerit, quale nobis rescriptum ipsius sub bulla Karissimi in Christo filij nostri Hungarorum Regis illustris exutit p̄sentatum. Quantum tamen ad fundā intentionē Abbatis p̄ficiat, oportuno tempore decernemus. Chrisma uero, oleum sanctum, cōsecrations altarium, seu basilicarum, ordinations clericorum, qui ad sacros ordines suerint promouēdi, clerici ecclesiarum, vel t̄ capellarum ipsius monasterij, quod est in Vesprin, diocesi constitutum, a Vesprinien. Ep̄scopo postulabūt, si quidē catholicus fuerit, et gratia sedis A postolice habuerit, et ea gratis, et sine prauitate aliqua voluerit exhibere, alioquin ab alio, quem maluerint, p̄fūle catholico suscipiendi eam liberam habeant facultatem, sicut in priuilegijs p̄dicti & P̄aschali, et bo, me. Alex. Pap̄e p̄edecessorū nostrorū prospexitus contineri, nō obstant, priuilegio fe, f me. Clemētis Pap̄e, per quod priuilegijs p̄edecessorum tuorū non extitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, p̄fertim cum ipse Clemēs priuilegium illud concesserit, saluis institutio nibus non solū Rom, ecce sed ipsius, et etiam legatorum, non obstant, p̄scriptione, quā idem Abbas in suum subsidiū opponebat, quia si consummata erat p̄scripsiō, quādo Abbas sancti Martini ab Alexādro Papa priuilegium impetravit, iuri p̄scriptionis renuntiatio uidetur, p̄fertim cum coram nobis priuilegio illo sit usus, quod suę intētioni, quantum ad hunc articulum contra dicunt, si vero nondum consummata erat p̄scriptio, sed erat in p̄scribendo, post impretratum huiusmodi priuilegium bonam fidem non habuit, et ideo secundum canones non p̄scripsit.

Idem. Cap. 2.

SIGNIFICA STI nobis in nostra p̄sentia constitutus, quod quidam in tua diocesi commorantes, eo quod in canonorum sancte Crucis, et s̄c̄torum priuilegiorum sunt fraternitate recepti, iura tibi Ep̄scopalia non persoluūt; ea propter

ven, in Christo f, tuis precib, annuētes, auct. tibi p̄r̄s. indulgemus; vt quādū fratres hu- iusmodi morā fecerint in dominib, suis, in habitu sacerdotali, et in ecclesijs tuis ecclesiastica perceperint t̄ sacramēta, sicut tibi prius iura ep̄scopalia soluere teneantur.

Idem Ep̄o, & Capitulo Tripolitan. Cap. 3.

P ET IISTI S t̄ p̄sedem Apostoli cam edoceri, vtrum cum per hospitalarios, et t̄ templarios ciuitas v̄stra generali subponitur interdicto, eisdem ipsum non seruantibus, vos illud teneamini obseruare. Ad quod sic duximus respondentum: quod illorum excellus vobis non p̄fet litentiam excedendi; sed si p̄dicti t̄ hospitalarij, vel templarij priuilegiiorū suorū fines excesserint, violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum; ne ipsi videantur de aliorum sletu ridere, vos in p̄ceptam p̄fumptionis illorum, quādū ipsi b̄ violauerint interdictum, de nostra licentia celebretis.^c

Idem. Cap. 4.

Q VONIA M sicut nobis per tuas litteras intimasti, per confessionem constat partis aduersa; quod Nepelinus Ep̄scopus ep̄scopale ius percipit in ecclesia sancti Bla- sij de Flaano, ac per hoc eadem ecclesia nō pertinet ad monasterium pleno iure credimus, quod non obstante illo capitulo priuilegii, quod ipsi monasterio est induxit, vt nullus Ep̄scopus ecclesijs v̄troque iure alii subiectas interdicto supponere, vel vicarium, vel t̄ clericum eiusdem monasterij sy nodare, vel ex cōmunicare presumat, p̄fessus Ep̄scopus possit interdicere dictā ecclēsiā, et excommunicare monachum ad eius regimen deputatum; cum alterutrum de iure faciendum fuerit t̄. quoniam illud capitulo intelligēdum esse uidetur de monachis, aut clericis in ipso monasterio permanētibus, vel ad ecclesijs destinatis v̄troque iure sibi subiectas.

Idem Archiep̄scopo Londin. t̄ Ap. se. Le. Cap. 5.

QVIA circa et infra. Subsequēter etiā quē s̄iuisti, vtrū monachi de H. t̄ priuilegiū bo- nę memorię B. t̄ p̄edecessoris tui super Epi- scopalibus^a decunis retinendis t̄ induxit^b G. exten- t̄ deum

extendere valeant ad possessiones adquisitas, et postmodum acquirendas. super quo tale dāmus responsum s.t. quod si decimā illarum remissio facta secundum canonicas functiones existit, t̄ p̄edecessor tuus indefinite decimas Ep̄scopales monasterio remittendo, cum nihil exceperit,^b et poterat excepisse; ac in beneficijs plenissima sit^c in interpretatio adhibenda; nec debet una, eademque substantia diuerso iure censeri; intellectuē uidetur non solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri.

Idem in cons. Later. constitutio v. Cap. 6.

A NTIQUA Patriarchalium sedium priuilegia renouates Iancta vniuersali synodo approubante, sancimus, vt post Rom. eccl. quā disponente domino super omnes alias ordinanzæ potestatis obtinet principatus; vt pote mater vniuersorum Christi fidelium, et magistra; Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochenā tertium, Hierosolymitana quartum locū obtineat, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam Antisilites a R. Pont. receperint pallium, quod est plenitudinis officij pastoralis insignie p̄xiliō sibi fidelitatis, et obedientiæ iuramento, licenter, et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipiētes, profē professionem canonicam, et pro Romana ecclesia sponsonem obedientiæ ab eisdem dominiz̄ vero crucis vexiliū ante se faciat ubique deserti, n̄i in urbe Romana, et vbi summus Pontifex p̄sens extiterit, aut eius legatus viens insignis A postolice dignitatis, in omnibus autem provincijs eorum iurisdictioni subiectis, ad eos, cum necesse fuerit, prouocetur, saluis appellationibus ad sedem A postolicam interpositus, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

Idem in eodem constitutio Lviij. Cap. 7.

V T priuilegia, quā quibusdam religiosis personis R. concessit ecclesia, permaneant inconclusa, quēdā in eis diximus declaranda, ne minus sane intellecta^a protrahantur ad abusum, propter quē possint merito reuocari; quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sane quibusdam regularibus A postolica sedes indulxit, vt his, qui fraternitatem eorū assumperint, si forte ecclesiæ, ad quas pertinent, a diuinis officijs fuerint interdictæ,

ipsosque mori contigerit, ecclesiastica sepulta non negetur, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, suoſque o fratribus, quos ecclesiastici p̄zlati apud ecclesiastas suas nō permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad ecclesiastas suas deferant tumulandos. hæc autem de illis fratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in sēculo eorū ordinis sunt oblati, mutato habitu sacerdotali, vel eis, qui sua bona dedeputunt inter viuos, testo sibi, quamdiu in sēculo vixerint, usū fructu. qui tamē sepeliātur apud ipsorum regulariū, vel aliorū non interdictas ecclesiastas, in quibus elegerint sepulturā, ne si de quibuslibet sp̄orū fraternitatem allū. ētibus fuerit intellectu, pro duobus, aut tribus denarijs annuatim sibi collatis, dissoluatur pariter, et uilescat ecclesiastica disciplina; certam tamē et ipsi obtineant remissionem a sede. A postolica sibi concessam. Illud etiam, quod huiusmodi regularibus est induxit; ut si qui s̄ atrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternalitates, sicut collectas, in quamlibet ciuitatem, vel castellum, vel uicū aduenierint, si forte locus ad diuinis officijs interdictus, in eorū locundo aduictus, semel in anno, p̄petrat, ut exclusis exco muniūtis, diuina ibi officia celebrentur: sic intelligi uoluntus, quod in eadem ciuitate, aut castro, uel villa, una tantum ecclesia eiusdem ordinis fratribus semel, ut dictum est, ja periat ut in anno, quia lucet pluraliter dicitum est, quod in eorum locundo aduentu ecclesiæ ap̄eiantur, nō tamē ad ecclesiastas eiusdem loci, quas uisitarēnt, sed p̄edictorum communim referendus est intellectus. ne si hoc modo singulariter ius loci uisitarent ecclesiastas, nō in unū uilpēdi contingere sententiam interdicti, qui vero contraria declarations p̄dictas quā quā sibi p̄sumpti p̄serint usū pare, graui subiaceat discipline.

Idem in eod. constitutio. Cap. 8. t̄ Lviij

Q V.O.D. nonnulli s̄c̄ti religiosi insulatum in fauorem pontificis officij, ad Ep̄tit. scopos extendēti, concedimus, vt cum eom muneterra^a fuerit interdictum, excommunicatis, et interdictis exclūs, possint quandoque b̄ ianuis clausis, suppressa uoce, non pulsatis campanis, diuinā officia celebrare: nisi ipsum hoc illis expresse fuerit interdictum, verum hoc illi concedimus, quicquam aliquam non p̄stiterit interdicto, nec

Ecc 4 quid

COLLECT.IV.DECRETAL.

in cælis; firmam spem, fiduciamq. tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum ad tale cōfluentum hospitale propriæ non suppetat facultates; vnu. u. monemus, et exhortamur in domino, atque in remissionem peccatorū vobis iniungimus; quod de bonis Deo vobis collatis, aliquas elemosynas, et grata eis subsidia caritatis erogetis: vt per subventionem vestram temporum inopie consularunt, et vos per hæc, et alia bona, que domino inspirate feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire. Qui autem ad querendas elemosynas destinantur, modesti sint, in tabernis, aut in alijs locis in honestis nō hospitetur, nec inutiles faciat, aut sumptuosas expēfas, cauentes ne fallat religionis habitum gestent. Ad hoc quia per indiscretas, et superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiastū prælati facere non vertentur, et claves ecclesiæ contemnuntur, et pænitentialis satisfactio eneruatur: decernimus, vt cum consecratur basilica, non extendatur indulgentia ultra annū, siue ab uno solo, siue a pluribus Episcopis dedicetur, ac demū in anniversario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis indulta remissio non excedat, et infra. Ad hunc quoque dierum numerū indulgentiarum litteras præcipimus modari, que pro quibus bet casibus aliquoties conceduntur, cum Ro. Pon. qui plenitudinem optinet potestatis, hoc in talibus modis conseruerit obseruare.

DE SENTENTIA EXCOMMUNIcationis. Tit.XV.

Idem Archiepiscopo Lugd. Apostolice sedis lega-

Cap.1.

V A E S I V I S T I præterea, vtrum in canonem incident laicis sententiae promulgaretur, qui sa- cerdotes, aut alios clericos in ma- nifesto furto deprehensos, et cō- trestatuerint violenter, si citra violentiā ne- queant comprehendendi; et si clericus, qui vehe- menter præsumitur esse falsarius, ad iudicium venire contempserit, citra excommunicatio- nis sententiam ad iudicium per violentiam trahi possit. Ad hoc sibi respōdemus, quod in neutro casuum prædictorum sententiæ ex communicationis incurritur, dummodo man-

datum interueniat prælatorum, quorum tales clerici sunt iurisdictioni subiecti; cū hoc non ipsi laici, sed illi potius, quorum auctori- tate id faciunt, facere videātur, nec amplius laicorum violentia extendatur, quam defen- sio, seu rebellio exegerit clericorum.

Idem.

I N præsentia dilecti filij, etc. et in c. 46. fra. Ne canonici suo Decano excommunicationem obicere possint, cū super hoc nec monitus, nec requisitus fuerit, nec ipse propter hoc eum duixerit euitandum, Episcopus in mensa, et canonici communis cauerint etiā in diuinis.

Idem.

Q V A N T A E præsumptionis, et temeritatis existat in rectores ecclesiastarum manus inicere violentas, in euangelio dominus protestatur, qui se in ministeriis suis absurit flagellat, et in Apostolorū principiis alibi perhibuit se iterum crucifigi. hoc etiam qualitas poenæ manifeste declarat, cum excommunicationis sententia in ipso actu ferat delinquētes, si non solū in fratres, et coēpiscopos nosfros, sed in minoris ordinis clericos, violentiam præsumperint operari. Ne autē solos violentiae huiusmodi auctores aliquorū præsumptio excludat puniendos, facientes, et cōsentientes pari poena plectendos, catholica condemnat auctoritas; eos etiam delinquētibus fauere interpretans, qui cum possint, manifesto criminis desinunt obuiare.

Idem.

C O N S I T V T I O N E S insuper, et sententias, que ab Episcopis excommunicatis, uel de eorum mandato, et fuerint promul- gatae, decernimus irritas, et inanées, et in nullo unquam tempore ualituras. Quod fuero fraus, et dolus alicui patrocinari non debet, nullus uelutrum uario decipiatur errore, ut intra tempus regiminis susineat anathema, quasi post illud ipsum nō sit ad exhibendum satisfactionis debitum compelliendus, nam et ipsum, qui satisfacere et recusat, et successorem ipsius, nisi satisfaciat intra mensem, manere decernimus ecclesiastica districtio- ne conclusum, donec ecclesie suæ satisfaci- at, cum succedat in onere, qui substituitur in honore.

Idem

LIB.V.TIT.XVI.DE VERB.SIGN.

Idem in eod. constitutio xlviij.

Cap.5.

c. 48. e. S A C R O approbante concilio prohi-

bemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti cōmonitione præmissa, et præsentibus perso- nis idoneis, per quos, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat, quia si contra præsumperit, et si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclésiæ per mensum vnum sibi nouerit, inter dictum, alia nihilominus poena multandus, si visum fuerit expedire. Cauet etiā diligenter, ne ad excommunicationem cuiusquā abi- cō manifesta, et rationabili causa procedat; ad quā si forte taliter processerit, et requisitus humiliter processum huiusmodi non curauerit absq. grauamine reuocare: grauatus apud superiorē iudicem deponat de iniusta excommunicatione querelā. quod si absque periculo moræ potest, ad excommunicato- rem illum cum suo mandato remittat, intra competentem terminum absoluendum: alioquin ipse vel per se, vel per alium, pro vt vi- derit expedire, sufficiēta cautione recepta, mu- nus ei ab solutionis impendat. cūque aduersus excommunicatorem de iniusta excom- municatione constiterit, excommunicator cōdemnetur excommunicato ad interesse alias nihilominus, si culpa qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniēdus. cum non leuis sit culpa, tantam infligere poenā insenti. ni si forsan errauerit ex causa probabili, maxi me si laudabilis opinio existat. verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatū, idē et super iniusta excommunicationis mo- lestia per poenam ad interesse, vel aliam secū dum superioris arbitriū, nisi forsan et ipsum probabilis error excusat, super eo, pro quo iusta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptā satisfacere cōpellatur, vel in pristinam reducatur sententiam usque ad satisfactionem cōdignam in uiolabiliter obseruandam. Si vero iudex suum recognoscens errorem, paratus sit talē reuocare sen- tentiam; et is pro quo lata fuerat, ne absque satisfactione reuocet illam, appellat; appella- tioni nō deferat in hac parte, nisi talis error sit, de quo merito debeat, vel valeat dubitari; et tūc sufficiēti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatū, vel de legato ab ipso iuri parebit, excommunicatū absoluat, sicq. poenæ subscriptæ minime subiacebit. Cauent tamē omnino, ne volun-

tate peruersa in alterius præiudicium men- tiatur, et errorem, si disficiōnis canonice vult effugere vltionem.

Idem in eodem constitutio xlxi.

Cap.6.

S V B interminatione diuini iudicij peni- tūs interdicimus; vt causa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquē innodare, vel absoluere innodatum, in illis ma- xime regionib. in quibus ex consuetudine, cum excommunicatus absoluatur, pecunia ria poena multatur. statuentes, vt cum exco- municationis sententiam iniustum fuisse cōfiterit, excommunicator ad restituendā pe- cuniā etiam sic extortam per cen. ecclesia sicut compellatur, et nisi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam passo persoluat, et si forte soluendo non fuerit, ani- maduersione alia castigetur.

D E V E R B O R U M S I G N I F I- catione. Tit.XVI.

Idem Comiti Tolosano.

Cap.1.

V P E R quibusdam mandato- rum articulis tibi a bo. me. Milo uer. si. ne notario nostro tunc tempo- ris Ap. S. L. factorum, apud quo- dasdum dubitatione suborta, tua deuotio explicari postulauit a nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos in hoc casu manifestos hæreticos intelligendos, qui contra fidem catholicam publice prædicat, aut profitentur, seu defendunt errorem; vel qui coram prælatis suis cōvicti sunt, aut cōfessi, vel ab eis sententialiter condemnati su- per hæretica prauitate; quorum bona pro- pria confiscantur, et ipsi iuxta legitimas san- ctiones puniuntur. Præterea, cum pedagia, guidagia, et salinaria tibi legatus interdi- xit memoratus: auctoritate præsentium duxi- mus declarādum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparēt Imper- torū, vel Regum, uel Later. concilij largi- tione cōcessa, vel ex antiqua cōsuetudine a tē pore, cuius nō extat memoria, introducta.

Idem Episcopo Parisien.

Cap.2.

N O V I M V S expedite; vt verbum il- lud, quod in antiquis canonibus, et in no- stro quoque decreto contra falsarios edito continetur; vt videlicet clericus per ecclesia fucum

COLLECT.IV. DECRETAL.

sticū iudicē degradatus, sacerdotali tradatur^c
curiæ puniendus, apertius exponamus, cum
et quidam antecessorum nostrorum super
hoc consulti diuersa responderint, et quorū
dam sit opinio a pluribus^d comprobata, ut
clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium
graue, nō solū damnabile, sed dānosum, fue-
rit degradatus, tāquā exutus priuilegio cle-
ricali, sacerdotali foro per consequentiā appli-
cetur; eum ab ecclesiastico foro fuerit proie-
ctus; eius enim est degradatio celebrāda prē-
sente sacerdotali potestate, ac p̄nuntian dum

QVARTAE COLLECTIONIS SCHOLIA.

LIB. I. TIT. I. DE FIDE CATHOLICA.

Cap. i. Firmiter.

Simpliūter^a) Fides enim simplici-
bus verbis est proponenda, et
prædicanda, vt 23. dist. qui Ep̄s.
Similiter testimonium, vt 3.q.9.
pura. Similiter lex, vt dist. 4. erit autem, limi-
liter qualibet scriptura, nam si obscure lo-
quatur, habetur pro non locuto, vt extra 3.
de probat. c.2. et D. de inter. act. de ætate. et
generaliter numquam per extranea verba
res proponenda est, sed per v̄sita, et nota,
vt 36. dist. relatum.

b) Suggestione^b) et ideo magis puniendus est,
quam ipse faciens, vt 86. dist. tanta, nec illud
excusat diabolum, si homo illud alias fuisset
facturus, vt D. de seruo cor. l. 1. licet videtur,
quod pro solahortatione non deberet
teneri, vt D. de his, qui not. inf. ob hæc ver-
ba, nec illud excusat hominem, quod consi-
lio alterius fecit, quia debuit, et potuit explo-
rare apud se, an expediret tale consilium, vt
D. manda. l. 2. in fine.

Cap. 2. Damnamus.

Muti hominū^c) Eadem similitudine dece-
pti fuerunt Ariani, vt de conf. dist. 2. in
Christo. Ioannes.

b) Florentino monasterio^d) Nota, quod licet au-
tor reprobetur, tamen statuta eius non re-
probantur, et sic est contra extra 1. de hæc
fraternitatis. immo et si bona essent, repro-
banda essent, vt 96. dist. bene.

c) Corrigenda^e) Si paratus erat corrigi, nō de-
bebat dici hæreticus; licet erraret in fide, vt
24. q. 1. aperte, et c. hæc est. Io.

TIT. II. DE RESCRIPTIIS.

Cap. i. Cum contingat.

Altem obediens^f) Eadem quæstio proponi-
tur supra c. ad hæc. li. 1.

b) Sciuisti^g) Nec per famam, nec alio modo.
hoc enim dicimus scire, quod ab alijs audiui-
mus, vt 22. q. 5. hoc videtur. sed quid si audi-
uit ab aliquo, qui est leuis opinioni? nūquid
talis scientia ad hoc sufficit, vt nō debeat pa-
rere mandato iudicis? videtur, quod non, vt
infra de sponsa. cum in tua. cum iudicib. sem-
per obediendū sit, vt 23. q. 1. quid culpatur.
extra 3. de ma. et obed. cum ex officij. cū nul-
lum modū vlliū suspicionis debent induce-
re, quæ a leuis dicta sunt. vt 11. q. 3. in cun-
ctis. tum quia nō debet differri executio sen-
tentiae, nili in cōtinenti probetur exceptio.
su. de testi. veniens. li. 3. alioquin retardaret

executionem sententiae, qui diceret se habe-
re litteras priores, quæ nō essent reuocatae,
vel posteriores dicerent se habere, quæ reuoca-
rent primas. Ex hoc sequeretur, quod nul-
lus iudex posset excommunicare, vel absoluere
aliquem, vel aliquā sententiā ferre, si ali-
quis ante sententiā diceret, causam illā esse
alijs commissam. et sic daretur occasio signi-
mentis, quod esse nō debet, 32. q. 1. dixit. intit.
vi bon. rapt. P. sed ne dum talia. D. ad Car-
bonianū. l. 1. P. si quis nō, et de litigio. l. 1. Ad
hōc dico, quod nō sufficit, quod ille, qui mā-
datum recepit, aliquid audiuīt de diuersitate
litterar. vt habeat probabilem causam cre-
dendi, vt 13. q. 4. quā magnū. extra 3. de cler.
excō. min. illud. D. quod cum fal. tut. l. 2. vel
dic, quod qualiscumq. notificatio sufficit, vt
iudex debeat dici dubius. ut 1. q. 4. P. vlt. in
fine. et su. de sponsa. præterea. l. 1. D. de petit.
her. item veniunt. P. a quo autem.

c) Litterarū^h) Qualiter potest perpendi ex
sola inspectione litterarū? nā licet secundæ
litteræ expressam faciat mentionē et priori-
rū iudicū, et rerū contentarū in priorib. litte-
ris; per hoc non debet cōflare eas esse reuoc-
atas, cū possunt per suggestionem falsi esse
imperat. Et ita non reuocant primas, licet
de primis expressā faciat mentionē, vt su. co-
certū. l. 1. Ad hoc ergo, vt executor nullaten-
sus sit hēsitandū de hoc, oportet, vt hēc dis-
cat per assertionē partī. quia causarū meri-
ta partī assertionē pandūtur, vt su. de sent.
et re iud. cū illius. lib. 3. et sic aliquā exerceceret
iurisdictionē inter partes, quod infra nega-
tur. aut poterit scire secundas esse reuocato-
rias, et hoc cōcedo, quod numquā ex sola in-
spektionē potest scire, nisi aliquis intelligat
de hoc ex partī assertionē. Per hoc tamen
nō habet iurisdictionē inter partes, quia nisi
priori litteras habēt obicit aliquid contra
secundas litteras, præsumitur eas esse reuoca-
tas. Si autē obicit aliquid, statim executor
debet supersedere; quia per negationē facta
est ei res dubia. C. quib. ad lib. procl. nō licet
l. 3. et in hoc casu intelligo, quod legitur su. e.
pastoralis. li. 3. quod scilicet tūc dubiū sit de
reuocatione. litterar. quādo expresse fit mē-
tio et iudicū, et rerū, si ab aduersario obicitur
litteras esse imperatas per suggestionē falsi,
per illā decretalē su. e. certum. li. 1. et qui ali-
ter glossauerūt, sensu indigent. Itē licet exe-
cutor dubitet, an debeat absoluere, vel con-
dēnare, nō tamen secundū regulā Arriani,

pronior erit ad absoluendū, quam ad condēnandum. Hoc ideo, quia non constat ei, an ille iudex habeat iurisdictionem, vel nō. lo. d. *Districte precipimus*) Sed quid si nō exhibentur secundā litterā? tunc executor exequetur mandatū, si ad terminum p̄fixū nō exhibetur, vt su. de excep. pastoralis. li. 3. nā litterā, quē nō apparent, nō sunt. D. de cont. empt. in lege. nō tamē potest cogere aduersariū ad exhibendum eas, cum non habeat in eos iurisdictionem, vt hic in fine dicitur.

e. *Hesitandum*) Videtur ergo, quod executor non debet petere copiam rescripti, nisi ubi recipit contraria mandata. sed certe nullus debet exequi mandatum, nisi fiat ei fidēs de litteris delegantis, vt sup. de off. iud. del. cum in iure. lib. 3.

f. *Secundo loco*) Sed quare reuocatur per secūdas litteras, id, quod factū est auctoritate priorum litterarum, contra id, quod legitur su. de rest. spol. audita. lib. 1. sed hic non reuocatur, quod factū est, quia prior sentētia tenet, sed diffinitiua sentētia nō reuocaretur auctoritate secūdarū litterarū, vt ibi dicitur. lo. g. *Nostrae constitutionis*) su. de resp. pastoralis. lib. 3.

h. *Et id ipsum*) Ita, vt nō exequaris mādatū, i. *Cerius esse*) Sic su. de appell. cōsuluit. lib. 1.

Cap. 2. Olim.

Er interpositam personam) Quod fieri potest, vt su. de pr̄eb. accedens. lib. 3.

b. *Sequestrari*) Quod fieri non debuit, nisi causa iubet, ut iu. de sequestra. c. ad hoc. li. 3. C. de prohi. sequestra. l. vñica. ut si forte esset suspectus, vt 2. q. 6. quotiens.

c. *Probari*) Per evidētiām factū.

d. *Ad omnia*) Videtur ergo, quod per hanc clausulā, si ita est, vel per hanc, si p̄missa vera sunt, teneatur impletator probare esse omnia p̄missa vera, nec aliquid ex p̄missis per se sufficeret ad probandū propositū. Sic su. e. ex parte. li. 1. D. de excus. tuto, qui testamēto, et su. de rest. spol. cōquestus. li. 2. nā nisi quis plene probet intentionē suā, succūbet, vt C. de rei vindicatio. vlt. fines enim mādati strītissime custodiendi sunt. sup. de off. del. si autē. et cap. ex parte. et imputet sibi, qui plura narravit, quorū vñū sufficeret. arg. cōtra, quod sufficiat vñū probare, si plura narrātur in rescripto, infra de cōces. pr̄eb. accedens. in fine. su. de pr̄eb. cum iam dudū. lib. 2. su. de appell. significavit. in fine. Illa enim pluralitas, si p̄missa uera sunt, resoluēda est per suas singularitatis. i. si hoc verū est, si illud verum est, vt D. de condicionib. et demonst. falsa. sup. prima distin. om-

nes leges. D. de condic. inst. l. 2. D. de manu- mis. cōtaim. si ita. Item habes hic, quod se- quens clausula respicit omnia p̄missa, sic su. de donat. cū dilecti. li. 3. su. de appell. quæ- siuisti. li. 1. su. de appell. secundo. li. 2. arg. cō- tra. 3. q. 3. constitutus. et de conser. dist. 2. cū omne. D. de in rem uero. si pro patre. P. penul. D. de verb. oblig. qui sic stipulatur. lo.

Cap. 3. Dilectus filius.

E. *A mortis sua causa*) Nota, quod non sufficit narrare serē factū litteris Pa- pę, nisi adiciatur causa factū, sic su. de instit. veniens. li. 2. su. ne cler. uel mon. c. 2. li. 3. C. de adopt. li. 3. et etiam modus factū, ut C. de trans- fact. ut responsum.

b. *Excommunicatoris*) Et hic habes, quod excommunicatus si impletet rescriptū, tacens de excommunicatione suā, quod nō valeant litterā, tum ideo, quia tacuit virtū suū, tum quia ingessit se cōmuniōni huūmodi; propter quod puniendus est, vt su. de cler. excō. ministallud. 11. q. 3. placuit. vnde int̄ueniens eset, quod ex eodē factō consequeretur p̄ce- nam, et commodum. D. de neg. gest. su. 16. q. 1. legi. Hęc quæstio consuevit notari su. de off. deleg. p̄udentiam. li. 2.

c. *Carere viribus*) Sed quid, si aliquid per tales litteras actū est, nūquid illud potest re- tractari? videtur, quod sic, quia quod per litteras subiecticias factū est, retractatur. su. de off. vic. c. 5. et 35. q. 9. veniā. D. de iudic. si Pr̄tor. et su. de sent. excom. c. 1. li. 3. etiā absentē parte hoc retractatur. su. de sent. et re iud. cū olim. li. 3. nec obstat, si dicas, quod post sentētia non admittitur exceptio aliqua. ur. 3. q. 6. P. excepto. su. de sent. et re iud. inter. li. 3 quia illud non tenet in exceptionib. illis, in quib. agitur de falso. ut su. de procur. in no- stra. li. 3. su. de probat. licet. li. 3. Cū enim per litteras tales nō receperint iudices iurisdi- ctionē, ergo quod per eos factū est, nō tenet, vt su. de off. iud. del. ex litteris. in fine, nam replicatio omessa ante sentētiam ex causa probabili, post sentētia proponitur, vt D. quādo actio de pecul. est anna. l. 2. multo for- tius exceptio. ad idē facit, infra de sent. ad probandū. su. de despō. impub. ad dissoluē dum. in fine. Ecōtra probō, quia tenet, quia a veris iudicib. lata est sentētia secundū or- dinē iuris, nam per litteras tales datur iuris- dictio, licet litterā tales elidi possint per ex- ceptionē, vt su. eod. si autem. li. 1. et D. de bo- nor. possi. secundum tabulas. l. pen. P. testa- mēto. Vnde nō potest dici, retro iudicū nul- lū fuisse. vnde si sciuit sibi exceptionē cōpe- tere, et non excepit, est quod imputet sibi. Si

+ reper-
te

vero nesciuit, pr̄textu exceptionis postea repetitā, t̄ non retractatur sentētia, vt su. de sentētia inter. li. 3. Item libertas tenet per falsos codicillos p̄fētita. D. de manum, te- stam. cum ex falso. et legata p̄fētuntur, licet testamentum sit falso. D. de hered. inst. l. vlt. Dico, quod retractanda est sentētia per in integrum restitutio. Si vis dicere, quod per litteras illas, nulla iurisdictio data fuit, tunc non est necessaria restitutio, quia ipso iure nulla est sentētia; quod intelligas, si iudex eam ordinarius tulit, vt su. de sent. et re iud. cū l. et A. et C. si ex falso instrū. factū. lo.

Cap. 4. Postulaſti.

C. *Omninem formam*) su. de pr̄eb. cū secū- dum. li. 3.

b. *Beneficio*) Nomine enim beneficij in telligitur siue pr̄bēda, siue aliud beneficium, vt. 1. q. 3. ex multis.

c. *Competenter*) Istud competenter intelligas, secundum modum illius decretal. su. de pr̄ben. c. vlt. li. 1.

d. *Pronentib.*) De duobus quarebatur, scilicet de paterna hereditate, et de beneficio: de beneficio tantū respondet. ergo et si non faciat mentionē de paterna hereditate, tenent litterā. arg. cōtra su. de p̄fētū. nōne. li. 1.

Sed nō est verū, quia talis in digne petit bene- ficiū ecclēsiastīcū, vt 16. q. 1. quoniam quidquid 12. q. 1. illi autē. Itē quia ordinatus est ad cer- tū titulū patrimonij, vt su. de pr̄eb. tuis. li. 3. sed quid si modicū habet beneficium, num- quid tenetur facere mentionē illius? Videtur

quod non, ex eo quod dicit de competenti beneficio. exp̄slū videtur infra de cōces. pr̄eb. et ecclēs. nō vacant. dilectus. lib. 1. Item quia nō nocet, si modica omittantur. D. de vent. inspicien. li. 1. in fine. Sed cōtra videtur,

quia iste, qui recipit modicū stipendī, etiam eodem stipendio priuandus est. su. de pr̄eb. c. vlt. li. 1. Itē imputet sibi, qui recipit modicū; quia quemadmodū est astrictus ecclēsiā ille, qui magnū habet, ita hic, et queret ne- cessaria manibus. 21. dist. clericus. Dico, quod si per simplicitatē omisit, non nocet in hoc casu; secus si scienter, vt su. eodē super. li. 3.

sed quid si habens sufficiens beneficium petit litteras de alio beneficio, nūquid tenent litterā, si renuntiet priori? nō, nisi tempore da- tæ renuntiaret. arg. su. eod. causa. li. 2. et quia hic dicitur de vicaria, idem intellige, si habet aliquam possessionem ab ecclēsia. arg. 16. q. 1. possessiones.

Cap. 5. Nonnulli gratia.

A. *D remotos*) Nota, quod remotus dicitur qui est vltra duas diētas, et proprie extra dioecesim, et facit ad intentionē illius in telligēdā, quod est extra 3. de elec. cū inter. infra de elec. nihil est. sunt autē duo nota- bila cōtra illos, qui impletant litteras extra prouincia, vñū, quod si voluerit pars impe- trans procedere per litteras illas, potest exco- municari a suo ordinario, vt extra 2. de offi. ord. significauit. et aliud, quod si reo absen- te nō aderit ad terminū sibi p̄fixū, perdit beneficiū rescripti, vt 3. q. 3. P. quod fieri. lo.

b. *Das diētas*) Numquid intelligis hoc aut de vulgarib. diētis, quæ habētur secundum consuetudinē regionis, aut de legalib. secūdū quod xx. milliaris cōputātur pro die, vt D.

de verb. sign. li. 3. videtur, quod de vulgarib. quia nomina ex cōmuni vñū sunt intelligē- da. vt extra 2. de spōl. ex litteris. D. de sup- pelleēti legata. Labeo. et cōsuetudo est opti- ma legū interpres, vt extra 3. de cōsuet. cum

dilectus. et plusquā natura vocis, vt D. de le- gatis tertio. nō aliter. D. eod. tit. vxori. in prin- cipio. De hac materia, et cōtra multa arg. in- uenies, vt nota. 12. dist. illud. Dico inteli- gen- dū de vulgarib. quia lex debet cōuenire con- suetudini regionis, vt dist. 4. erit autem,

c. *Fecerint mentionem*) Ut ita scribatur, nō obstante tali cōstitutione. sic patet, quod re- scriptū debet facere mentionē cōstitutionis ad hoc, vt ei prejudicet. vt extra 1. de aētat. et qual. eam te. Nec habet hic locū illa regula, quod speciale derogat generali, licet non fa- ciat mentionē illius. vt extra 3. de rescr. pa- storalis. Licet ita sit in rescriptis, sed hic licet rescriptum sit speciale, nō tamen derogat cō- stitutioni, quæ est generalis. nec est hoc ideo, quin Papā habeat bene notitiā huius consi- tutionis, sed ideo quia Papas ignotē sunt di- flatiō loco. ū. ideo p̄cipit, quod etiam ratio- ne mādati sūt nō citetur ad remota loca. lo.

d. *Suscitare*) Per rescriptū Principis nō pos- sunt suscitari lites finitē, vt C. de triā. cauīas. Immo tales a limine iudiciorū expelluntur. vt C. sentētiam recte latā rescindi non pos- sel. vlt. loan.

e. *Restringende*) Sic de p̄nit. dist. 1. p̄oenē. D. de liber. et postum. cū quidā. videtur ergo, quod in rescriptis, quæ auctor impletat, verba potius sunt rel̄tingenda, quā amplianda. vt extra 3. de rescr. causā. sed in rescriptis reor. verba sunt amplianda. vt extra 3. eod. tit. o- lim. nisi sit rescriptū indulgens beneficia. vt extra 3. de donat. cum dilectus. et est simile extra 3. de off. del. c. vlt. in fine. lo.

f Specialis mandato) Sic ergo generalis procurator non sufficit ad impetracionem litterarum, quod est bene notandum, sicut requiritur specialis procurator in transactione, et in integrum restituzione. Sed nonne ratihabito domini sufficit ad hoc, ut littera incipiatur valere, quae prius non valuerunt? vt. D. de iudicis. licet. Itē litteræ, quæ primo non valerent, posse confirmantur, ut extra 3. de foro cōp. ex transmissa. Resp. licet procuratio, quæ nulla est, possit ratificari, non tamen litteræ. Sed pone, quod vis reprobare litteras per alium impetratas, an incumbit tibi probatio, quod sine mandato sint impetratae, an domino, quod mandauit? videtur, quod domino, sicut neq. executor tenet parere mandato iudicuni, nisi probetur mandatum, ut extra 3. de offi. del. cū in iure, qualiter enim possit aduersarius probare, quod non esset ei mandatum, cum sit pura negativa. Præterea licet quis exhibeat litteras ecclesiæ, non tamen auditur, nisi probet mandatum. ut extra 3. de paroch. coram. in principio. et generaliter traditur, quod quotiens dubitatur de mandato, mandatum probandum est, vel caendum est de rato, vt C. de procurat. l. 1. Item numquid iubetur exhiberi cū authenticis libellus Papæ porrectus? vt 81. dist. Maximianus. 7. q. 1. præsentium. Ad quid, nisi ut sciat, per quem fuit impetratum? nam forte per excommunicatum sunt impetratae, et illæ non valent, vt su. de probat. c. 1. li. 3. nec obstat, si dicatur, quod instrumentum apparet non vitiosum; ergo standum est ei, donec contrarium probetur, vt C. de electio diuini Hadriani l. vlt. Hic enim non impugnatur scriptura in hoc, quin verus sit actor, et vera bulla, sed tantum dubitatur de mandato. Ad hoc potest dici, quod si ita cōtinetur in rescripto: Conquestus est nobis talis procurator talis etc. et in eo casu non tenetur probare mandatum. Sed si continetur: Conquestus est nobis talis, cum ille non fuerit conquestus, sed a lius, qui dicit se fuisse procuratore; quod tunc tenetur probare mandatum. quia pleriq. fingunt se alios, et sub nomine aliorū impetrat litteras, vel aliter, si litteræ impetratur ad appellationem alicuius, tunc non tenetur probare mandatum: nam non est credendum, quod quis sit negligens in prosequendo appellationem, qui alias diligens est. arg. C. qui, et aduersus quos l. 1. Si vero per simplicem querelam sint litteræ impetratae, tunc secus, nisi in litteris fiat mentio procurationis. Io.

g Exigū) Quæ illæ personæ sint, dicitur

D. de procuratorib. sed et hæ. lo.

TIT. III. DE ELECTIONE.

Cap. I. Coram dilecto.

IN prouincia^a) Hic expresse habetur, quod soli, et omnes illi, qui sunt in prouincia, sunt vocandi ad electionem, et per hoc intel ligas illud, infra eod. quia propter in fine, unde non tenet illud, quod dicitur de sono campanæ, sup. eod. in causis. li. 3. de hac materia plene inuenies. 7. q. 1. factus. lo.

Cap. 2. Bonæ memorie.

Xpectare^a) Sed nonne electio, quæ fit cō temptis, qui interesse deberent, ipso iure est irrita? vt su. eo d. quod sicut. et cap. vlt. li. 3. et supra de arbitris, cap. vlt. lib. 3. et 63. dist. obeuntib. ergo non obstante ea potest attēptari alia, vt su. de appell. constitutis. li. 1. et infra de præb. dilecto. Cum enim a iure sit reprobata talis electio, non est necesse a dire iudicem pro ea cassanda. V. de condic. instit. quæ sub condicione. P. vlt. Præterea cum vniuersitas delinquit in eligendo, debuit electio deuoluti ad illum, qui non de eligit. sup. eod. bona. li. 3. su. de postulando. gratum. Di co, quod electio istorum non fuit nulla, sed potius annullāda; et ideo, debuit expectari cassatio superioris, vnde et si iste unus habuisset ius eligendi, delinquit in hoc, quod voluit simul esse actor, et iudex præmissæ electionis, ut extra 3. de conc. præb. et eccles. non vac. post electionem, et licet illi deliquerunt in eligendo, non tamen illud ius deuoluitur ad unum, tum quia unus non constituit vniuersitatē, vt probatur hic, et 65. dist. si forte. et. D. de legat. 1. si grege. licet nomen vniuersitatis dicatur in uno cōstare. D. quod cuiusq. vniuersitatis. sicut. in fine, tum quia non deuoluitur ius eligendi ad alios, nisi quando eligitur persona ineligibilis, vt inf. eod. scriptu. in fin. Io.

b Tractatum) Nota, quod cassatur electio, de qua est habitus tractatus ante sepulturam morientis. 79. dist. nullus.

c Multorum) sup. eod. quod sicut. li. 3.

d Arcere) Generale enim est, quod ad citationem, quæ a iure reprobatur, non tenetur venire citatus, etiam vt alleget priuilegium, vt nota. 3. q. 2. si Episcopus. lo.

e Consensu) Non intelligas, quod ex illo priori cōsenstu eum possint eligere, cum ille fuerit illicitus, sed potius ex novo consensu de novo cōuenientes in eū. sic su. de eo, qui duxit in matrimonium, quā pol. per adul. c. 1. sic 63. dist. quāta. D. de seruit. rust. præd. recepit. lo.

Vel

f Vel Archidiacono) Hoc dicto, non dat illis optionem eligendi, quem voluerint, sed ordo verbor. ostendit, quod per ordinem illum procedatur, vt primo examinent personam Archipresbyteri, et si ea fuerit reprobata, tunc examinent personam Archidiaconi. sic 85. dist. Florentinum, arg. bonum ad hoc, de consecr. dist. 2. iuxta. Ordo enim in rescriptis est cōsiderandus, supra de rescr. cum dilectio. li. 3. et hoc expressum est. D. ad Trebellianum. heredes. in fine, in authen. de hered. et Falcidia. P. inordinatum. lo.

Cap. 3. Cum ad nostram.

Monachus^a) Hic habes expressū, quod clericus secularis non potest eligi in Abbatem, ad idem facit supra eod. cū causam. li. 3. arg. contra 16. q. 1. presbyteros. Sed illud ibi soluitur et in hoc ipsi sunt melioris conditionis, quam clericis: quia clericis eos eligunt ad sua officia, vt 58. dist. c. 1. et 2. sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates. arg. contra 28. q. 1. omnis. 2. q. 7. sicut.

b Spem) Principalem, 8. q. 1. sicut in ecclesia. sed licitum est alicui sperare honores ecclesiasticos, vt 61. dist. quid proderit. Ioan.

c Nullum robur) Arg. quod licet aliquis habitus tuit pro electo, nihilominus detecto postea vitio electionis, omnia per ipsum facta cassantur. arg. 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. omne. supra de hereticis. fraternitatis. arg. contra. 3. q. 7. P. tria. lo.

Cap. 4. Officij tui.

In continentis^a) Præsumitur aliquid, quod est in continentis secutum. 31. q. 1. si quis. et 50. dist. si qua femina. quæ. n. in continentis fiunt, inesse videntur. D. si certum petatur. lecta. sed si hæc est ratio, quare clericus non possit eligi in Abbatem, quia non est instrutus in regula monachali; eadem ratione nec monachus potest eligi in Ep̄m, vel prælatū alicuius ecclesiæ, cū non nouerit regulas clericorum, et multo tēpore debeat discere regulas clericorum, vt possit præfici ecclesijs. vt 16. q. 1. sic viue. et c. si clericatus. quod concedo per iam dicta cap. Sed quid si peritus esset in regula monachorum, numquid tunc posset eligi in Abbatem, licet non esset monachus? Videtur, quod sic. quia ratio constitutionis cessat in eo, vt 61. dist. P. his omnibus. sicut monachus peritus in regula clericali, potest eligi in Ep̄m per prædicta capitula. sed non est ita, quia etsi sciret regulam, non tamē est expertus in ea, nam graue est in expertos di-

nitis obsequijs applicare. 19. q. 3. monasterijs. Sed quare non poterat iste postulari in Abbatem, cum laicus nesciens regulas clericales, postulatur in Ep̄m. 61. dist. Osius. et postea per tres mēses discere debet regulas clericales, vt in auth. de sanctissimis Ep̄pis. P. 2. Item eremita postulatur in Abbatē, vt sup. eod. cum monasteriū. lib. 2. sed ea ratio est, quia si laicus est peritus, non est in eo necessaria probatio habitus clericalis: sed quicq. sit peritus clericus in regula monachali, et hoc eget probatione habitus monachalis, in quo. * habitus monachalis consistit. lo.

b Competenter) Per tres menses. arg. extra 1. de x̄tat. et qual. præterea. et in auth. de sanctissimis Ep̄pis. P. 2.

Cap. 5. Illa cotidiana.

Canoniam^a) Dicitur ergo electio canoni ca, licet fiat ab his, qui sunt excommunicati minori excommunicatione, quia minor excommunicatio tantum priuat a sacramentis. su. de except. a nobis. lib. 3. sed nonne tales remouentur a legitimis actibus, scilicet a testimonio, et accusatione; cum sint in crimen constituti; vt su. de rest. super eo. li. 1. sic ergo a te poralib. et legitimis. arg. qui si sunt legit. per venerabilem. sed non est simile. quia eligendo ius suum prosequitur, et nullus criminosus remouetur a persecutione sui juris. 4. q. 6. omnib. nam et in alijs spiritualib. actib. vides, quod licet clericus sit suspensus quo ad se, non tamē quoad alios. 1. q. 1. sacerdotes. Item quia excommunicatio non transit ad tertiam personam, vnde non contaminatur per secundam electa. Item quia periculose essent hoc ecclesiæ, quia pauci inueniuntur si ne mortali. 50. dist. quia tua. et sic omnes electiones periculose essent. Sed quid si ipse clericus fuit minori excommunicatione notatus, etiam for elec- tio cassabitur eius electio? non videtur. quia Isaias adhuc peccator fuit electus ad prædicādum. 8. q. 1. in scripturis. et Ezechiel, dist. 50. quid est. et si aliquis recipiat ordinem, qui est in crimen non enormi, assecutione ordinis retinet. 68. dist. sicut. Ad idem facit, su. de constit. sicut. lib. 3. su. de tempor. ordin. c. 2. li. 3. sed contra. 11. dist. c. 1. 71. dist. cunctis qui or. lo.

Cap. 6. Scriptum est.

Euocatam^a) sine aliquo interuallo, vt extra de test. cog. c. vlt.

b Natis fuerunt) sic su. de præsum. quosdā. et su. de electi. postquam lib. 1.

Per

c) *Per alios*) Qualiter aliquis per procuratorem possit eligere, dicam infra eod. quia. loan.

d) *Duplo maior*) Hic habes, quod semper electores preferuntur postulantibus; nisi duplo plures sint in postulatione. Sed videtur, quod minima pars eligentium preferenda sit quamquam † magnæ parti postulantum: quia postulantes solum gratiae innituntur, et non iuri, ut supra de postul. bona. Sed eligentes, et electus iuri innituntur. Resp. non sequitur. nam patronus laicus in presentando solum gratiae innititur, ut 16. q. 7. de trinitatis. † unde gratia fit postulato, si admittatur; iniuria fit, si expellatur. D. de aqua cotidi. et c. l. penul. ideo autem statutum hic iudicio duarum partium, quia quod due partes faciunt, vniuersitas facit. supra de elect. cum nobis li. 3. et secundum hanc decretalem intellige, quod dicit decretalis, quod in magna discordia non confuevit admitti postulatio. supra de postul. bona. li. 3. Item aliud notabis, quod cum in electione maior numerus sit ex una parte, quam ex altera, non habetur respectus ad merita personæ, vel ad zelum eligentium, ut supra eod. dum. li. 3. et supra de appell. constitutus. Sed si numerus canonorum excederet in modico, tunc currit ad meritum, et ad zelum. supra de testib. in nostra. De hac materia nota. plene. 63. dist. c. vlt.

e) *Indigna*) Quæ tamen per ignorantiam est electa.

f) *presumptione*) id est, ex certa scientia, ut supra eod. innotuit. li. 3. sed qualiter potuit iste prælatus esse dignus Archiepiscopatu, et indignus Patriarchatu, et tunc a Papa iudicatus fuit dignus, cum confirmauit eum in Archiepiscopatu, quia denuo iudicat de morib. suis? contra illud. 17. q. 4. P. qui autem. infra de ætat. et qual. accepimus. Resp. quia licet inquire de indignitate superueniente postea. vel dic, quod licet dispensatum fuerit cum eo in minori dignitate, non tamen in maiori. ut 17. dist. consuetudinem.

Cap. 7. Ad nostram.

P) *Otior nominanda*) Dicitur autem illa pars potior, quæ maiori ratione nititur, ut 40. dist. multi in fine. Illa tamen ratio non habet locum, vbi numerus longe maior est ex una parte, quæ ex alia, ut dixi supra cap. proximo. loan.

b) *Per ipsam inscriptionem*) Nota, quod per aspectum corporis probatur conueniens æ-

tas regimini. item per aspectum probatur virginitas. 27. q. 1. nec aliqua. Item pubertas, supra de desp. impub. manifestum. h. 2. Item arox iniuria, vt D. de pœnis l. 2. Item suspensus, qui tuerit in edificio. † C. de administ. ut. lex. in fine. Item fines agrorum, et Episcopa forte tuum. ut 16. q. 4. inter. D. finium regi. si irruptione. Item etas, quantum ad petendam restitutionem. D. de minor. minor aspectu, et melius probatur res oculata fide, quam per aures. vt inst. de gradib. P. item consobrini. Sed in liberatione a tutela reprobatum aspectus corporis. D. quando tut. vel cur. esse de sinat. indecorum. Item habes hic, quod sene etus impedit promouendum. 86. dist. Florenti. Sed non dicit promotum. 7. q. 1. petisti. et videtur, quod etas septuagenaria repellit ab electione sicut a tutela. vt C. qui astate. l. vn. sicut ab alijs civilib. munerib. D. devacat. muner. maiores. et 4. q. 3. multa. * vel etiam sexagenaria, sicut repellit ab operatione filior. carnalium. vt D. de adopt. si pater. P. primo. ergo et spiritualium. Sed hic non respicitur etas, sed potius corporis debilitas. lo.

Cap. 8. Ne pro defectu.

C) *Abedralis*) In cathedrali fuit secundum antiqua iura, ut 50. dist. postquam. Et alijs tres dantur ad consecrationem petendam, ut 100. dist. contra morem.

b) *Regularis*) sic videtur, quod canon Lateranensis hodie non extenditur ad regulares prelaturas; cum Episcopatus, et regulares prelatiæ hic æquiperantur. et secundum hoc interpretanda est decretalis extra. 3. de conc. præb. non uac. dilectus. Quidam tamen dicunt illam decretalem corrigi per hanc, quæ hic sequitur.

c) *Impedimento*) Ita patet, quod non currit prescriptio contra canonicos, si ex causa differant electionem, ut 28. dist. de Syracusan. et 61. dist. bene. et extra. 3. de conc. præb. non vacant. quoniam diuersitatem. C. de offic. test. contra. D. ex quib. caus. maiores. l. quod quidam. lo.

d) *Ea vice*) Qualiter illud verbum exponatur, consuevit notari extra 3. eod. tit. cum Wintoniensis.

e) *Ipsius*) Hic præcipitur metropolitano, ut de eadem ecclesia eligat. Sed nonne ad metropolitani deuolutur idem ius, quod habuit capitulum? sed capitulum poterat elegisse extraneum, ut extra 3. de elect. cu. nobis. ergo et metropolitanus. Ego credo, quod

quod capitulum non potest de iure eligere alium, quamdiu est dignus inter eos, vt hic patet, et 61. dist. obitum. et c. nullus. et 18. q. 2. quam sit. Si tamen omnes conuenerunt in extraneum, tenet electio, licet ipsi peccauerint eligendo; tamen propter tale delictum non callatur electio, quemadmodum si omnes, vel maior pars eligerent minus idoneū, cum tamen inueniretur ibi magis idoneus; licet delinquerent in eligendo, tamen teneret electio, vt extra 3. eod. dudum. Si tamen duo ex eis eligerent de eadem ecclesia, et omnes alij de altera; hic crederem præualere electionem paucorum, quia cum isti iustiori ratione moueantur, pars eorum maior dicitur, ut 40. dist. multi. in fine. et arg. 31. dist. Nicæna. et 4. q. 3. P. 2. et extra. 1. de his, quæ sunt a mai. par. cap. c. vn. nec obstat extra. 3. eod. cum nobis, et cum inter, quia ibi nullus ex altera parte fuit electus. Sed quid si omnes præter vnum consentiunt in extraneum? certum est, quod ille se non potest eligere, vt extra 3. de iure patron. per vestras, nec etiam alijs ex capitulo suo, quia quilibet eorum consentit in extraneum. Ergo ille, quem elegerant? non posset consentire in se ipsum, quia in duos non potest quis consentire. Sed ad hoc, vt teneat electio, oportet, vt in se consentiat, vt extra 3. de elect. cum inter. in fine. et sic patet hic, quod ius vniuersitatis non consistit hic in vno, licet possit consistere in duabus, quod concedo. unde si omnes canonici mortui essent præter vnum, extincta esset vniuersitas, vt probatur 65. dist. si forte, et supra eod. bona. et D. de legat. 1. si grege, nec obstat D. quod curusq. vniuersitatis, sicut. vbi dicitur, quod nomen vniuersitatis stat in vno. hoc verum est, quatum ad hoc, quod conuenire, et conueniri potest nomine vniuersitatis. Sed obicitur, quare dicitur hic, quod metropolitanus eliget de eadem ecclesia, cum omnes isti ex delicto suo perdidérunt ius eligendi? Resp. perdidérunt ius eligendi auctiue, sed non passiue. Sed si deliquiscent in eligendo, tunc perdidissent auctiue, et passiue. id est, quod nec eligere, neq. eligi possent, cu. sit quilibet suspenitus a beneficio, vt extra. 1. de elect. cum in cunctis. lo.

Cap. 9. Quia propter.

V) *Iduatis*) Per hoc patet, quod loquitur tantum de electione prælatorum, † non canonicorum. Sed nūquid extenditur istud ad omnes dignitates, et ad decanatus,

et præpositatus, sic ad omnes, quæ non sunt cathedrales? Sed in cathedralibus non videatur, quia illa non dicitur vidiata, cum habeat Episcopum. Videtur tamen tantum ad Episcopum, et ad regulares prælaturas debere artari, vt supra eod, ne pro defectu. lo.

b) *Et volum*) Extra 3. eod. cum inter.

c) *De collegio*) Nōne hic videtur dari occasio discordia? cum facilius sit concordari in unam personam, siue conuenire, quam in tres? et si canonici discordant in eligendo istos tres, a quo † inquiretur de votis, et zelo, ^{Taque} et numero eligētum, sicut in electione Episcopi? Præterea si illi tres electi nominant unam personam, adhuc superest vetus quæstio, an illa pars, quæ illum nominavit, sit maior, sanior, et sic eadem restat quæstio, ac si ipsi met elegissent, et tum maior circuitus? Ad hoc dico, quod hæc est causa statuti, quia quidam timore, vel fauore non ita cito minarent aliquem in publico, sicut occulite. Item alia ratione, quia conuenierunt aliqui quandoq. eligere, et statim appellare, ne alter eligeretur, et volebant, quod post talem electionem non callatam, non procederetur ad alteram, vt extra. 1. de elect. consideramus. Tali discordie, tunc cauillationi modo est ianua præclusa. loan.

d) *Qui secreto*) Forte per iuramentum, vt supra eod. ad nostram.

e) *Obstaculo*) Cum non habeat ante locum appellatio, ergo consensus talis non potest variari ante publicationem, nec post. arg. contra, supra eod. cum inter. in fine.

f) *Collatione habita*) vt videatur, quæ pars sit maior, non intelligas de collatione numeri cum zelo, vel cum numero clericorum; quia illa collatio non sit, nisi vbi in modico exceedit numerus unus alium, vt dixi supra eod. bona.

g) *Contra prescriptas*) sed quid si commissum esset vni tantum? hoc esset contra formam. Sed quid si aliquid esset additum huic forma? nec illud esset contra, quia qui plus facit, non facit contra. D. de seruit. urban. prædior. si arborem.

h) *In loco*) sed quis est locus ille, a quo debe reteuocari? si sunt ita remoti, sicut est a Capua vsq. ad Panormum, non vocantur, vt extra. 3. eod. cum inter. Sed a tanto loco, quantum est a Mediolano vsq. ad Ianuam, vocantur, vt 63. dist. quantum. Dico, quod unde possunt cōmode vocari, inde sunt vocandi. vt extra. 3. de elect. quod sicut. Si queras, quis locus dicatur commodus? resp. ille qui

^{tad a.} est ultra duas dietas extra dioecesim, ut su-
de rescr. nonnulli. vel dic, quod ille locus di-
citur commodus, qui est a Roma usq. ad fi-
nem Italie. ut infra eod. nihil est. Vel dic,
quod in talib. consideranda est consuetudo
ecclesie. ut extra 3. eod. cum inter. Vnde
quandoq. inuenimus absentes non esse vo-
candos. ut extra 3. de sent. et re iud. c. 2. et va-
rie loquuntur iura de illa materia, prout no-
taui. 7. q. 1. factus. sed haec quæstio solvitur
sup. eod. c. 1. Io.

i. *Venire*) Sed quare citantur, si non possunt
venire? videtur, quod dicta electio facta eis
absentib. deberet tenere. Resp. non est verum,
quia semper citandi sunt, siue non possint, si
ue noluerint interesse, dum tamen sine per i-
culo possint citari. ut extra 3. eod. quod sicut
et intelligo illum non posse venire, qui propter
timorem, quem habet in ciuitate non
potest venire. ut extra 3. eod. bonæ memo-
riæ. et cap. magister. + vel etiam propter æ-
gritudinem non potest interesse. ut 5. q. 3. si
ægrotas. vel si vocetur ad maius tribunal. vt
D. de re iud. cōtra. sed numquid procurator
ille habebit duplē vocem in electione?
videtur, quod sic. ut extra 3. de senten. excō.
c. 2. in principio. et extra 3. eod. in causis. si e-
nim sua vox non numeraretur pro duab.
quid prodesse ei committere vices, ex quo
non augeret numerum. alioquin sequeretur
inconueniens; si omnes canonici præter vnu
committent alicui vices suas, et ille vnu
commisit alij vices suas: quod tantum va-
leret vox illius, qui recepit vices vnius, sicut
qui recepit vices omnium. Præterea si illius
vox non valeret voces plurim; eadem ratio
ne si vnu committeret vices suas pluribus,
illorum plurim voces plus valerent, quam
vox vnu. quod patet falsum. ut infra eod. t
licet extra 3. de rescr. pastoralis. D. de condi-
et demonstr. cui fundus. Sed certe hoc dicto
videtur sequi in conuenienter, quia et si aliquis
centies exprimere: haec verba, consentio in
istum, cum non esset ibi, nisi vnicus consen-
sus, ergo esset tantum vna electio. Præterea
quare statutum electioni majoris par-
tis, nisi quia per plures melius veritas disqui-
ritur, quā per pauciores. ut 64. dist. c. extra.
C. de fidei com. l. vlt. extra. 2. de off. del. pru-
dentiam. Sed certum est, quod si vnu gerit
vicem vnius tantum, et alter gerat aliorum
omnium vicem, non melius inquiritur veri-
tas per illum, qui vice omnium, quam per
illum qui vice vnius cognoscit, si sunt æ-
que discreti. et sic nec zelus, nec ratio potius

^{tMa-}
^{gunt.}
^{a.}
+ de pro-
bation.
^{a.}

greditinem non potest interesse. ut 5. q. 3. si
ægrotas. vel si vocetur ad maius tribunal. vt
D. de re iud. cōtra. sed numquid procurator
ille habebit duplē vocem in electione?
videtur, quod sic. ut extra 3. de senten. excō.
c. 2. in principio. et extra 3. eod. in causis. si e-
nim sua vox non numeraretur pro duab.
quid prodesse ei committere vices, ex quo
non augeret numerum. alioquin sequeretur
inconueniens; si omnes canonici præter vnu
committent alicui vices suas, et ille vnu
commisit alij vices suas: quod tantum va-
leret vox illius, qui recepit vices vnius, sicut
qui recepit vices omnium. Præterea si illius
vox non valeret voces plurim; eadem ratio
ne si vnu committeret vices suas pluribus,
illorum plurim voces plus valerent, quam
vox vnu. quod patet falsum. ut infra eod. t
licet extra 3. de rescr. pastoralis. D. de condi-
et demonstr. cui fundus. Sed certe hoc dicto
videtur sequi in conuenienter, quia et si aliquis
centies exprimere: haec verba, consentio in
istum, cum non esset ibi, nisi vnicus consen-
sus, ergo esset tantum vna electio. Præterea
quare statutum electioni majoris par-
tis, nisi quia per plures melius veritas disqui-
ritur, quā per pauciores. ut 64. dist. c. extra.
C. de fidei com. l. vlt. extra. 2. de off. del. pru-
dentiam. Sed certum est, quod si vnu gerit
vicem vnius tantum, et alter gerat aliorum
omnium vicem, non melius inquiritur veri-
tas per illum, qui vice omnium, quam per
illum qui vice vnius cognoscit, si sunt æ-
que discreti. et sic nec zelus, nec ratio potius

facit vnam electionem tenere, quam altera.
Ad hoc dico, quod si taliter est constitutus
procurator, qui exprimat cōsensum ab sen-
tis circa aliquam personā; planū est, nec iste
tunc est verus procurator, sed nuntius. quod
si aliter committit sibi vices suas, ut quid-
quid fecerit, ratum habeat; in eo casu non est
intelligibile, qualiter per vnam animam pos-
sit exprimere plures cōsensus. si enim dice-
res sic exprimi plures cōsensus primo dicē-
do, consentio in talem nomine meo; et secū-
do dicendo, consentio in eum nomine illius,
qui mihi delegauit; et sic simul, et semel con-
sentiret in diuersos; quod est impossibile. ta-
men licet subtilitas refragetur, potest secun-
dum pinguem intellectum dici, ex quovnus
gerit vicem plurium, quam alter, quod præ-
ualet electio illius. Eadem obiectio potest
fieri, si vnu iudex committit alij vicem suā.
et est arg. ad hoc. D. de assig. libert. l. 1. in fine.
et l. sequenti. et D. de operis liber. si liber-
tus. in fine. Io.

k. *Unū committat*) Sed quid si nullus vult re-
cipere vices eius, cum ad hoc non posset co-
gi, numquid si alij committeret, teneret elec-
tio? non, quia auctoritate huius canonis po-
test committere, et ille tenetur recipere. sicut
habetur su. eod. tit. scriptum est.

l. *Clandestinas*) Quae fiunt per secreta cō-
uenticula. ut 79. dist. c. 2.

Cap. IO. Quisquis.

Tineligibilis^a) Propter hoc verbū fiat,
quod est futuri temporis, videtur, quod non
non ipso iure, sed per sententiam fiat suspen-
sus, et facit ad hoc extra. 1. de iure patr. præ-
terea. Videtur tamen ex eo, quod sequitur,
ipso iure etc. quod ipso iure sit suspensus, et
per id, quod legitur 16. q. 7. si quis deinceps.
tamen per illum canonem, si quis deinceps,
non est suspensus, nisi quousq. pñnit. et
qui sic est suspensus, sicut per suum factum
suspenditur, sic per actionem contrariam re-
stituitur. ut 15. q. 6. nos sanctorum. et 81. dist.
siquis amodo. Sed numquid Ep̄s poterit di-
spensare circa tales? satis credo, quod sic. ex
eo, quod fibi legislator non reseruavit dis-
pensationem. ut extra 3. de sent. excō. nuper.
maxime cum hoc delictum sit minus adul-
terio. extra. 1. de iudic. at si clerici. Io.

Cap. II. Nihil est.

Artat^a) Varia poena statuuntur a ca-
nonib. circa illos, qui illicite promouen-
tur

LIB. I. TIT. VI. DE SUPPLENDI NEGL. PRAELAT.

^{ppromo}
^{uent}
^{+quan}
^{dog.} tur, + vel etiam indignos promouent. quo-
niā + inuenitur, quod priuantur potestate
conferendi illum ordinem, quem illicite con-
tulerunt, vt 1. q. 1. si qui Ep̄i. 36. dist. qui ec-
clasticis. et 50. dist. ex pñnitentib. quādoq.
suspenditur a celebrationē missā per annū.
vt 55. dist. nullus. quandoq. deponitur, vt 64.
dist. c. vlt. et 51. dist. cap. 1. Hic autem statui-
tur poena circa illos, qui indignos benefi-
cient.

b. *Vltra Italiam*) Licet fines Italie non vbiq.
distant a Roma æqualiter: tamē omnes
dicuntur hic valde remoti. quandoq. dicun-
tur remoti ultra duas dietas extra dioeces-
sim. su. de rescr. nonnulli. et sic propter di-
stantiam statuitur aliquid, quod alias illicitū
esset. sic 63. dist. cum longe. et extra 3. de do-
lo, et cont. c. vlt.

c. *Admiristrent*) In tribus reperio, quod ex
sola electione habetur ius administrandi, in
exemptis, qui sunt ultra Italiam, vt hic; et in
Archiepis trāmontanis, vt extra 3. de elec.
quod sicut. et in Romano Pontifice, vt 23.
dist. in nomine. Sed quid si suffraganeus ali-
quis valde remotus est a suo metropolitanō,
numquid eo modo ratione remotionis pote-
rit ministrare? videtur, quod sic, ne si nimia
subtilitate circa res eccliarum laboremus,
res ipsarū in medio depereant. vt C. de verb.
sig. cum quidam. circa finem. et sic ista subti-
litas eis in perniciem verteretur. vt C. ad Tre-
bellianum. l. pen. Secus tamen videtur, quia
cum istud hic dispensatiue statuatur, vt hic
dicitur, dispensatio non est trahenda ad simili-
ta. vt extra 3. de sent. et re iud. in causis. 56.
dist. Cenomanensem. nec excusat hic peri-
culum aliquid, vt extra 3. de mai. et ob. c. 1.
Sed pone, quod ille, qui sic administrat, po-
stea tempore confirmationis, cum non repe-
ritur idoneus, cassatur eius electio, numquid
ea, quæ medio tempore fecit, cassanda sunt?
videtur, quod sic. extra 1. de hæreti. fraterni-
tatis. 12. q. 2. alienationes. 24. dist. cap. vlt. arg.
contra extra. 1. de iure patr. ex litteris. extra
3. de elect. querelam. 3. q. 7. P. verum in prin-
cipio. D. de procur. si procuratorem. in fine.
Dico, quod quidquid fecit circa spiritualia, il-
lud ratum habebitur. Similiter quidquid in
temporalib. fecit recipiendo, non autem dan-
do, vt D. si certum petatur. eius qui. et 1. q. 1.
si qui a simoniacis. et hoc innuitur hic. Io.

TIT. IV. DE VSV, ET ACTIONE PALLII.

Cap. vn. Cum sis.

Ecessitau^a) Alias contra, licet quidam
dixerit, quod consecratio maiori altari
essent omnia alia consecrata, si digito demō
strentur. arg. D. de adquir. poss. quod meo.
P. si venditorem. C. de natur. liber. si quis ha-
bens. et authent. ibi pos. Io.

b. *Vbicumq.* Hic videtur, quod Archieps
ultra prouinciam possit vti pallio, vbicumq.
fuerit, sicut Proconsul suis insignijs vbiq. vi-
tur, vt D. de off. Procon. l. 1. sed contra sup.
cod. cum super. l. 2. Item contra. su. e. ex tua-
rum. l. 3. sed exponas istud secundum per il-
lud, scilicet vt polsit habere extra prouincia-
si ei permittatur a dioecesano. Io.

TIT. V. DE RENVENTIATIONE.

Cap. vn. Quidam cedēdi.

Vm instantia^a) Ex eo, quod pers-
euerant
C in petēdo, magis præsumitur cōtra eos,
vt de pñnit. dist. 1. diuortium. C. ad Vel. si
mulier. in fine. D. de quæst. l. 1. P. diuus.

b. *Compellendos* Nota, quod aliquis cogi-
tur renuntiare eo ipso, quod petit instanter,
vt liceat ei cedere. Secundum leges tamen re
integra recuperātur bona, quib. quis cessit,
vt. D. de cef. bonor. is. qui. Sed hoc ideo est,
ne illudatur Papaz. sicut vides, quod cum po-
stulatio præsentata est Papaz, quod non po-
test ab ea recedi, ne sic illudatur, vt extra 3.
de postul. bonaz. Io.

TIT. VI. DE SUPPLENDI NEGLI- GENTIA PRAELATORUM.

Cap. 1. Licet dilecti.

Noīia^a) Hic optime habes, quod a
tempore scientiæ computatur tempus
præfixum electioni. sic su. de conc. præb. nō
vac. quoniam. et ex parte. l. 3. arg. tamen est,
quod currit hoc a tempore, quo scire potuit.
vt. D. quis ordo in bonor. poss. seruer. l. vlt.
arg. contra D. de petit. hered. item veniunt.
P. petitam.

b. *Imponatis*) Hic euacuatur opinio docto-
rum, qui dicunt, quod mora polsit purgari
in electione. nam hic dicitur, quod nulla est
facta post sex menses. sic infra de præb. dilec-
to. non obstat infra e. cap. prox. quia il-
lud est tolerantia.

Cap. 2. Per litteras.

E patientia^a) Non ergo de iure commu-
ni, vt su. c. prox.

TIT.

TIT. VII. DE TEMPORIB. ORDINANDORVM.

Cap.vn. Dilectus filius.

Ad solum^a) Abbas tamen in hoc casu dispensat cum monacho. ut su. de eo, qui ordinatur. suscep. cū hoc. hic exprimitur causus, vbi Epis prohibita est dispensatio, alios casus notau. 50. dist. miror. et 1. q. 7. nisi.

b) *Variavit*) Sic su. de accus. super his. supr. vt ecclesi. ben. vt nostrum. et de conc. præb. non vac. post electionem. li. 3. su. de præsum. cap. 1. li. 3.

TIT. VIII. DE QUALITATE ORDINANDORVM.

Cap.i. Cum contingat.

Sub modo^a) 69. dist. quoniam.

b) *Abbas*) Hoc idem potest electus in Abbatem, si Epis cum differat benedicere. vt su. de suppl. negl. præl. statuimus. li. 2.ordo, qui sic confertur, appellatur psalmistatus: tamen vbi agitur de singulis ordinib. nihil de hoc agitur, vt 93. dist. a subdiacono. et 78. dist. illud. vnde quidam dixerunt non esse ordinationem. sed eorum opinio corrigitur hic.

Cap.2. Intelleximus.

In canon^a) 19. q. 3. mandamus.

b) *Circa curam*) Hic videtur, quod si aliquis transit ad strictiorem vitam, sine licentia Prioris, vel Abbatis sui; quod revocandus sit ad priorem ecclesiam, sed videtur obstatre su. de regul. licet. li. 3. sed potest intelligi, quod hic dicitur, quando levitatis causa transibit, secundum quod intelligi conuenit ille canon. 19. q. 3. mandamus. alias dicatur, quod iste fuerat tantum in habitu probationis; vel locus ille, quem intravit, fuit laxioris regulæ, quam prior locus. vel dic, quod si aliquis petita licentia licet non obtenta, transit ad strictiorem regulam; quod tunc non potest reverti ad priorem locum. et sic loquitur illa decretalis licet. sed si nullo modo petijt licentiam, tunc credire cogetur, et ita hic loquitur. Io.

Cap.3. Accepimus.

Exceptiones^a) Nota, quod qui ordinavit aliquem, postea non potest ei vel in regularitatem obicere, vel crimen aliquod, nisi ex causa superueniente. sic nec elector contra

electum. 8. q. 2. dilectissimi. et est simile. 4. q. 3. si quis testib. sic su. de conc. præb. non vac. cum pro cō questione. in fine. li. 3. sic 28. dist. diaconi. et su. de cleric. coniu. diuersis. li. 3. Io.

b) *Reputare*) Nota, quod qui reputatus est dignus una dignitate, si postea eligitur ad alteram, tunc reputabitur dignus, sic 74. dist. gesta. arg. contra. 12. dist. nos cōsuetudinem. et D. de suspect. tutor. li. 3. P. queri potest. vbi dicitur, quod si aliquis prius fuit tutor alicuius, deinde factus est curator eiusdem; remunerari potest, tamquam suspectus ob ea, quæ fecit in tutela. Item quid dices, si aliquis regularis, vel criminosis toleratus est in officio sacerdotali, numquid si talis eligitur in dignitatem, potest excipi contra illum ab illis, qui eum tolerauerunt in officio sacerdotali? videtur hic, quod non, quia qui eum reputauerunt dignum ordine, et beneficio reputabunt dignum. arg. su. de accus. nulli. et de sent. excom. in praesentia. li. 3. et D. de liber. causa, qui sciens. sicut nec vir potest accusare mores, quos vxor habuit ante matrimonium. D. de adult. si vxor. in fine. quod concedo. sed iudex suo officio potest inquire de talibus. vt 2. q. 7. querendū. D. de postul. quos prohibet. nam ubi aduersarius repellitur ab agendo, iudex ex suo officio cognoscet. su. de appell. constitutus. in fine. li. 3. D. de adult. li. 1. P. si publico. D. de petit. her. 1. vlt. Io.

c) *Examinari*) Intelligo tamen, quod in eo casu permittatur Epis examinatio, siue exceptio; quando non per se examinavit, sed per Archidiaconum. su. de off. Arch. ad hoc. et ita patet, quod sapienter examinatur eadem persona. vt 2. q. 1. votum. et q. 5. Menam. arg. contra su. de off. leg. licet. li. 3. et D. naut. caupones. licet.

d) *Parochialib.*) Vel etiam in vicaria, quia illa nomine beneficij intelligitur. vt sup. de rescr. postulasti. li. co.

e) *Exceptiones*) nam exceptio admittenda est, quantumcumq. absolute scribatur. su. de off. del. ex parte. li. 7.

Cap.4. Cum sit ars.

Per alios^a) Per clericos ex latere suo mis- pos, vt 24. dist. quando. Io.

b) *Deprehendi*) Nota, quod eo ipso, quod ordinatus appetat indignus, et ordinans similiter. vt 81. dist. tantis. in fine. nec enim potest prælatus ignorare vitium subdit. vt ex tra 1. de reg. iur. quan uis. extra 3. de elect. inno-

innotuit. et arg. C. de refut. vedit. quisquis. sed hoc verum est, cum ipse met. fecus si per alios examinat, ut 24. dist. quando. Io.

TIT. IX. DE FILIIS PRESBYT.

Cap. vn. Ad abolendam.

Sub modo^a) Videtur ergo, quod legitimi possunt, vt extra 2. eo. ad hæc. Sic extra 3. de vita et hon. cler. ad decorum.

TIT. X. DE BIGAMIS.

Cap. vn. Quia circa.

Bigamie^a) Sed nonne contrarium est, su. de Bigamie, nuper. lib. 3. sed ibi loquitur in eo. causa, quando ultraq. fuit sollemniter dueta, hic non.

TIT. XL. DE OFFICIO ARCHID.

Cap.i. Ad hoc nos.

Esai Isidori^a) Quæ habentur 25. dist. B. perlectis.

b) *Episcopi vicarius*) su. de off. vic. c. 2.

c) *Nostra constitutione*) infra eod. vt nostrum.

d) *Examinentur*) Alibi dicitur, quod istud est officium sacerdotum, vt 24. dist. quando. Videtur ergo, quod Epis non sit puniendum, quia promovet indignum, sed potius Archidiaconus. arg. ad hoc 54. dist. si seruus. Sed non est ita, quia Epis tenetur de facto Archidiaconi, sicut exercitor de facto magistri. vt D. de exercitatoria. li. 1. P. magistrum. Nisi indeoneus Archidiaconus habebatur, vt non esset verissimile ipsum mentiri. vt infra de pign. significante. li. e. secundum hoc si talis ordinatur sine titulo Epis ignorante, Archidiaconus prouidebit ei in stipendio, non Epis. Sed si Archidiaconus non est soluendo, in subsidium habet recursum contra Episcopum. et hoc ideo quia Episcopo adhuc est reseruatum ius examinandi tales. ut su. de qual. ord. accepimus. Io.

e) *Imperialis*) 65. dist. Archieps. et C. de auct. præl. li. ul. Io.

Cap.2. Significasti.

Litteras suas^a) Hic habes, quod Archidiaconus non potest dare litteras commendacicias, sed solus Epis potest, et commenda-

tias, et formatas, vt 71. dist. extranco. de co fecer. dist. 5. non oportet. 68. dist. quamuis. Io.

Cap.3. Ut nostrum.

Verbo nostrum^a) Hoc capitulum est pars il- lus, quod est su. ut eccl. benef. vt no- strum. lib. 3.

TIT. XII. DE OFFIC. IUD. DELEGATI.

Cap. i. Cum olim.

Vobis^a) Sed qualiter potuit iste ex bino ductu Epis consequi ius, cum nec trinus a cius ius tribuat. ut su. de caus. poss. cum ec- clesia. sed tantum quadruplex. ut C. de ser- uit. l. vlt. sed istud speciale est circa ius eligē- di, et circa ius præsentandi, ut aliquis conse- quatur ius, si ipse eligens, vel præsentans fuerit ante in quieta possessione. ut su. de iu- re patr. consultationibus. li. 1. su. de iure iur. cum proponas. li. 3. et sic consequitur domi- num ab eo, qui non est dominus. et sufficit huic electo, vel præsentato tantum in posses- sione obtinere ad hoc, vt verum ius sit con- sequitus. Io.

b) *Recusare*) Nota, quod si procurator tuus tibi impetraverit iudices, ipse eos non potest recusare. De hoc non est dubium, quod si quis petuit iudices, ipse non potest recusare. ut su. de off. del. super questionum. li. 3. sed mirum videtur, quod factum procuratoris ignoranti domino noceat, contra id, quod est. su. co. c. vlt. li. 3. cum scriptum sit, quod ignorantis domini cōdicio, deterior per pro- curatorem fieri non potest. D. de procur. i- gnorantis. item quia contumacia procurato- ris obest domino. D. si quis ius dit. non ob- temp. li. 1. P. si procurator. nec scientia eius nocet domino ignoranti. D. de liber. caus. in seruo. nec delictum eius. in auth. de eccl. tit. P. si quis in seruo. nec dolus eius. D. de exer- ctione dol. si procurator. Sed licet + omnia + bee non proficiunt, quia consilio procuratoris nocet domino ignoranti. vt su. de sent. sub- orta. in principio. li. 3. et su. de postul. ad hoc. et eius taciturnitas. vt 2. q. 6. P. biduum. cum si aduersus. et su. de appell. sape in principio. li. 3. et eius negligencia. vt su. de in integ. rest. cum venient. in fine. et quod dolus pro- curatoris noceat, habes D. de tribut. procura- toris. et quod dominus punitur propter contumaciam procuratoris. habes C. li. 12. de excusat. milit. ann. in execu- tione. et argumen. supra, vt lite non contest. ad hoc,

a ad hoc li. 3. et generaliter factum procuratoris nocet domino, nisi procurator egrediatur fines mandati. licet male procuret negotium domini sui, valet, quod fit per eum; sed ipse procurator tenetur domino actione mandati. vt C. de procurator. si procurator imputet ergo sibi, qui malum procuratorem elegit. vt D. de minorib. cum mandato, nam cum proposit domino, si procurator etiam iniuste obtinuit, vt D. de procurat. qui proprio P. procurator vt in ceteris. sic et nocere ei debet factum eius. mirum tamen hic videtur, quod factum procuratoris, in hoc casu domino noceat, et hic non possit dominus recursum habere contra procuratorem; cum quantum ad istud intelligatur non solvendo, vnde non debet ei nocere factum procuratoris. vt D. de dolo. eleganter. P. penul. sed illud opponit, quando procurator dolum commilit, secus si negligenter est versatus, potest tamen pars laia per negligentiam procuratoris nomine ecclesie petere restitucionem. vt su. de in integ. rest. cum venissent. in fine.

c Inducias) Immo nec aliquas inducias, quia inducia non sunt dandae illi, qui impetravit rescriptum ad extra ordinarium iudicem. ut 3. q. 3. P. spatum.

d Inter alios acta) Sic infra de præb. dilectio. in fine; sed nonne Ep̄s potest repellere istos canonicos per exceptionem rei iudicata? nam cum ille obtinuit, qui causam habet ab Ep̄o, illud debet prodesse Ep̄o, sicut pactum factum cum emptore prodest venditori. D. de pactis. si cum emptore, sed non est hoc uerum, quia exceptio rei iudicata transfit ab auctore ad alium. sed non reuertitur ad auctorem. vt D. de except. rei iudicata. te. P. vlt. sic su. de elect. querelam. li. 3.

Cap. 2. Cum R. canonicus.

Cum sint eius socii³) Hic habes, quod canonicus non potest esse iudex concanonicus sui. hoc ideo, quia familiaritas veritate impedire solet. ut 3. q. 5. accusatores. Testis tamen potest esse canonicus pro concanonomico suo, cum et frater pro fratre testetur. sup. de præs. c. t. li. 3. sed est ea ratio, quia facilius habentur centum iudices, quam unus testis. Vnde minor causa debet repellere iudicem, quam testes, et iudex recusat, si aduocatus partis aduersa est commensalis iudicis, su. de appell. ex insinuatione. li. 3. similiter si iudex est suffraganeus, vel de terra aduersarij.

su. vt lite non contest, accedens. Item quælibet consanguinitas repellit iudicem, vt sup. de appell. postremo. li. 1. secus in teste. vt 4. q. 3. lex Julia, quandoq. tamen aliquis potest esse index, qui non potest esse testis, vt patet in causa filii. vt 3. q. 7. P. tria. circa fin. et criminosi sunt iudices, sed non testes. vt 3. q. 7. P. ult. Item recusat iudex, si habet cōsimilem causam, vt infra de iudic. cap. 1. lo.

Cap. 3. Cum contingat.

Sed hæc forma videtur eadem cum priori.

b Audiatis) Sed videtur, quod hæc formare non possit, quia aut ille, pro quo scribit, fuit iuste excommunicatus, aut iniuste si iuste, ergo eius appellatio fuit iniusta, ergo remitti debet ad iustum excommunicatorem, vt su. de appell. cum in ecclesia. li. 2. infra de appell. vt debitus, si fuit iniuste excommunicatus, quare ergo aliquid iniungitur ei? contra illud su. de off. ordin. ad reprimendam. li. 3. cum ipse excommunicantur ad interessu iniuste excommunicato, infra de sent. excom. sacro. Ad hoc breuiter dicas, quod verum est, quod iniuste appellans semper remittendus est ad illum, a quo appellauit, nisi sub certa forma scribatur iudici, ad quem appellatur. scilicet vt non solum de appellatione causam cognoscatur, sed etiam de principali causa. Vel dic, quod quando sententia excommunicationis iusta est ex ordine, sed iniusta ex causa; quod tunc absoluendus recipiat mandatum ab absolvitore, nec remittet eum ad excommunicatorem, quia sufficit, quod aliquo modo sit sententia iniusta siue ex animo, siue ex causa, ad hoc vt non remittatur appellans, quia factus est suspensus, ex quo aliquid inique fecit. su. de appell. ad hoc, et proposuit. li. 1. lo.

c Triuilibet partis) Et si testes Ep̄i dicent excommunicationem præcessisse appellationi, testes autem alterius dicent appellationem præcessisse, sententiare debet iudex, quod et ante sententiam, et post sententiam appellasset. vt su. de testib. cum tu filii. Videatur ergo, quod superfluum sit recipere probationes Ep̄i, cum semper pro appellante iudicetur. Si autem testes Ep̄i dicent, quod tantum post sententiam appellauit, qualiter illud possunt asserere, cum probare non possint? vt su. de cau. poss. cum ecclesia, cum iste in absentia istorum testium potuerit appellasse. Dico, quod in hoc possunt audi pro-

tra. 3. de priu. cum olim. et C. de testib. publi-
cati. Vnde si Ep̄s denuntiat aliquem excom-
municatum, standum est sententia suæ, si
non absit subscriptio. vt 11. q. 3. cura, si tamē
dicit se inordinate excommunicatum, pro-
banus esset processus debitus. vt infra. de
sentent. excom. sacro. sed quid si excommu-
nicatur post appellationem, numquid est in
terim vitandus, quoad alia negotia? vt infra
de sent. excom. per tuas. et sic potius presu-
mitur pro sententia iudicis, quam pro domi-
no suo, quod credo verum, in sententia ex-
communicationis, sed pone, quod illæ personæ
appareant subscriptissimæ omnib. actis, num-
quid in tantum presumitur pro eis, vt non
possit admitti probatio in contrarium? vide
tur, quod nihilominus contrarium possit
probari. vt extra. 3. de praescript. ad audi-
tiam. extra. 2. de probat. c. i. extra. 3. de pro-
curator. c. i. quia contra publicum instrumen-
tum admittuntur testes. C. de probat. cum

precib. infra de fide instrum. cum Ioannes.
nam et partes + possunt contradicere adiis, + n̄tes
vt C. de relation. li. 1. C. de app. quoniam. et
2. q. 6. P. biduum. ibi ceterum verendum est
etc. compertura etbenim elogia ex mala si-
de scribi, vt D. de custod. reor. diuinus. et ad i-
dem facili extra. 3. de accusat. cum dilectus.
extra. 3. de condic. appos. pertuas. et hoc eo
cedo, si per plures, et magis idoneos probe-
tur contrarium. Io.

TIT. VII. DE TESTIBVS.

Cap. 1. Cum contra.

T Eſtes compellere^a) Dubitationis cauſa
fuit, quia videbatur, quod in criminis
non posſit cogi testis. vt in authen. de testib.
P. quoniam. sed bene potest cogi, dum ta-
men non agatur criminaliter. sic etiam cogi-
tur in criminis incestus. su. de testib. cogendis
ceterum. li. 2. et vbi agitur de criminis in mo-
dum denuntiationis, vel inquisitionis. su. de
simon. licet. li. 3. vel hæc cauſa fuit dubitatio-
nis, quod cum clausula, testes autem, qui no-
minati etc. non fuerit inserta, non videtur,
quod iudices possint testes cogere, cum te-
stes non sint de iurisdictione iudicium, nec
possunt extendere iurisdictionem ad illos,
qui non sunt contenti in litteris. sed secus est,
vt dicit. licet enim sola ea videantur delega-
ta, sine quib. non potest iurisdictione exerceri.
sine tali * potest exerceri: tamen et illud est
delegatum, cum sit accessorium. nam omne
accessorum est delegatum, licet sine illo pos-
sit exerceri. vt su. de diuortijs. de prudentia.
li. 2. et de officio delegati. prudentiam. li. 2.
vel de hoc dubitabatur, an super criminali
possint cogi testes, et dices, quod sic, nam eu-
lex Iulia quasdam personas excipit, quæ nō
possunt cogi, vt 4. q. 3. lege Iulia. ergo on-
nes alii cogi possunt. Io.

Cap. 2. Albericus.

I Nscriptio^a) Notz, quod sententia matri-
monij tenet, licet non sit lata in scriptis, a-
llios etiam casus inuenies, vbi non requiritur
scriptura in sententia, c. q. 1. in primis. et 11. q.
2. si quis cum clericis.
b. Publicam) Ad hanc publicationem fa-
ciendam vocandi sunt omnes, quos res tan-
git, et heredes eorum; et examinandi sunt te-
stes. vt su. de testib. significavit. li. 3. in eodem
casu

LIB. I. T. V. FI. DE TESTIB.

casu loquitur illud su. de testib. in nomine.
ubi autem recipiuntur propter aliquem ti-
midrem, quod moriantur, vel recedant: item
non est necesse vocari aduersarium, nisi pos-
sit haberi copia, sed infra annum tenetur ad
hoc. vt su. vt lite non contestata. quoniam fre-
quenter. Io.

Cap. 3. Cum in tua.

O B aliud iurauerim^a) Quia prius actum
fuit in modum inquisitionis de consan-
guinitate, nunc directe agitur in modum ac-
cusationis, vnde propter diuersum modum
agendi, publicatis attestationib. possunt alij
testes, vel ijdem induci super eodem nego-
tio, su. de testib. veniens. li. 3. su. de sacra un-
ionte, cap. 2. li. 3. tamen alia ratio redditur
hic in fine. Vel dic, quod aliud agitur nunc,
quam prius, quia prius actum fuit ad matri-
monium contrahendum, nunc ad disiungen-
dum.

b. In hoc casu) Idest in causa matrimonij. et
ita patet, quod si aliqua pars probauit con-
sanguinitatem, quod post publicatas atte-
stationes, pars adiuſa potest improbare co-
sanguinitatem, vt hic, et su. de testib. series. li.
2. nec + in casu tali etiam post sententiam. il
lud posset fieri. cum sententia matrimonij,
vel diuortij non transeat in rem iudicatam.
su. de testib. sicut. li. 1. su. de senten. et re iudi-
cata, consanguinei. li. 2. sed hoc intelligo, cu
pars aduersa protestatur se velie in conti-
nenti improbare consanguinitatem. alias, si
uisis attestationib. hoc proponeret, presumi
posset subornatio. quia et si matrimonium
sit res fauorabilis, tamen maiori cautela in
maiork. vtendum est. vt 7. q. 2. c. vlt. et circa
maiora periculum vertitur. 4. dist. quiesca-
mus. Io.

Cap. 4. Constitutis.

S Uam potentiam^a) Casum istum habes su.
de presump. peruenit. li. 2. et su. de testib.
intimauit. li. 1.

b. Non teneri) Et ita iuramentum tale ipso
iure nullum est, quia et si possit ieiunari sine
interitu salutis aeternæ, et ideo seruandum
videtur, tum quia expedit peccata nocentia
nota esse. D. de iniurijs. eum qui. quia occul-
tare veritatem in iudicio peccatum mortale

est. 11. q. 3. quisquis metu. vnde est illicitum.
et sic patet hic, quod iuramentum temera-
rium non repellit aliquem a testimonio. sic
nec ab electione, vt su. de elec. cum T. h. 2.
Ioan.

c. Non videtur) Licet presumatur, quod i-
stud sit de voluntate. Ep̄itamen hanc præ-
sumptionem potest elidere, si vult, vt infra
de homic. Petrus. li. cod. et. 1. q. 4. quia præſu-
latus.

Cap. 5. Constitutis.

T Estificata didiceris^a) Et ita in causa ma-
trimoniali post publicatas attestatio-
nes, non admittuntur testes, cum agitur de
processu cause matrimonialis. Secus si age-
retur de consanguinitate vel probanda, vel
improbanda, vel alio impedimento. Sed nū
quid iudices isti ex suo officio debebant in-
quirere de processu prioris iudicis? vt 2. q. 1.
in primis. sic ipsi tunc si volebant admite-
bant ad improbadum eorum processum:
hodie tamen non cogitatur aliquis improbare
processum iudicis. vt su. de probat. quoniam.
li. cod.

b. Primi induxit) Nūquid ergo ijdem testes
sepius possunt induci, quouſq. sint attestatio-
nes publicatae ita videtur hic, et su. eod.
cum causam. li. 3. videtur tamen non proce-
dere * an velit eundem, testem recipi de-
nuo, an ex predictis attestationib. procedi,
vt C. de testib. li. vlt. Quod cōcedo, quod nū
quam idem testis denuo potest induci, nisi
ex causa; vt si ſic forte nō habuerit omnia
in memoria, vt in auth. eod. P. quoniam, nec
multi +. D. de questionib. repeti. alias tāquā
suspectus repellitur. vt 4. q. 3. produci. lo.

+ non
nullus

Cap. 6. Licet ex.

F Verit inſtitutum^a) Vt 35. q. 6. de parētela.
b. Deponere non valeret) Ut D. de gra-
dib. nō facile.

c. De auditu) Nisi sint graues personæ, vt
statum sequitur.

d. Graues extiterint) Non intellige graues
appellant illos, qui in dignitate sunt consti-
tuti, cum aliud sit grauitas, quā dignitas. ut
4. q. 3. P. item in criminali. in 2. lege, sed gra-
ues dicuntur, qui nō sunt leues, sicut meritus
dicuntur, qui nō den. eruit, ut D. de legat. 2. cū
pater. P. rogo. ext. 3. de scrutinio. cap. 1. vel
graues hic appellantur seniores, ad quos ta-
mē ultimo recurrit deficiente parētela. vt
35. q. 6. cap. 1. et 1enib. indubio maior fides
ccc adhuc

adhibetur, ut D. de fide instrum. l. vlt.
e Et ante litem motam) Quare enim debet, quando, et a quo didicerint, vt ext. i. de con-

fan. et affinit. ex litteris.

f Suis) Sic patet, quod nec hodie recipiuntur testimonia de auditu, nisi a seniorib. au-

dierint, et forte non ab extraneis, sed a suis.

g Non vtiq. vno) Quia simile ab uno audi-

wissent, omnes pro uno reputantur, vt i. q. i.

cito. et D. de co*di*. et de mon*str*. cui fundus.

sed quid si illi duo audiuerunt a plurib. et il-

li plures audiuerunt ab uno? nec tunc valet.

secundum hoc uidetur, quod iudex ascendet in questionib. talib. vlsq. ad primum principiu.

quia licet primi audiuerint a plurib.

et illi similiter audiuerint a plurib. potest tamen esse, quod illi tertij audiuerint ab uno; et sic omnium testimonium non valeret.

sed haec quæstio non procedit ex eo, quod di-

xi. quod tantum a seniorib. suis debet testes

didicisse, et si vellet testari de eo, quod audiuit a quibusdam alijs, locum haberet obie-

ctio. Item et si centum essent testes, et qui-

libet audiuit ab alio, quam alter, testimoniu-

non valeret, nisi quilibet ad minus a duob.

audiuerit, vt hic dicitur. quod mirum vide-

tur, cum tam illorum testimonio crederet

vel intelligas coniunctim, quod hic di-

citur, ut scilicet non sufficiat, quod plures

testes audiuerint ab uno, sed ad minus a duo

bus. Arg. contra ista infra qui matrimon. ac-

cusare poss. cum in tua loan.

h Auctores) Argum. quod infamia non in-

ducit purgationem, quæ ab inimico auctore,

vel aliquo leui processit. vt ii. q. 3. in cunctis.

i Actus legitimi) Vt ext. 3. de excessib. præla-

tor. inter.

k Iuramento firmantes) Su. de testib. quoties,

lib. i.

l Vel demonstratione) Non enim interest, an

proprio nomine, an demonstratione, vel cir-

cumlocutione res exprimatur, vt D. si cer-

tum pet. certum.

m Singulos gradus) Numquid ergo tenetur

probare de filiis? non credo, quia de hoc non

invenimus cautum, sed tantum de laterib.

vt ext. 2. de testib. series. et canō ponit ipsos

fratres pro filiis. vt 35. q. 5. cap. i. sufficit er-

go probari de fratrib. vt infra de consanguini-

nitate, et affini. tua. sed quid si testes bene

probant de uno latere, et alij testes probat

de alio latere, nūquid probata est consanguini-

tas? dicūt quidā, quod non. quia nec illi pro-

bant consanguinitatem, nec illi. sed certe, qui

hoc dicunt, cæci sunt, quia si probauit t de-

Martino, quod sit filius Ioannis, per conse-

quēs probauit, t quod Ioānes est pater Mar-

+ pro-
bat

tinī. Item si alij testes probant, quod Berta

+ corū

est filia Ioannis, per consequens est probatū,

+ ha-
beant

quod Ioannes est pater Martini. Cum ergo iu-

dici constet, quod Ioannes est pater Martini:

item et constat ei, quod est pater Bertæ:

ergo cōstat ei, quod Martinus, et Berta sunt

frater, et soror. et ita probata est consanguini-

nitas illorum, t quod concedo: et ita non sem-

per requiritur, quod testes ab utroq. latere

notam faciant t consanguinitatem. Item si

volo improbare consanguinitatem, non est

necessæ, quod omnes gradus improbæ, sed

sufficit unum gradum improbare. vt ext. 2.

de testib. series. Io.

n Vno predictorum) Siue propinquo, siue re-

moto.

TIT. VIII. DE FIDE INSTRUMENTI.

Cap. vii. Cum Ioannes.

P Endebat^a) Quia de predictis nouis capi-

tulis iudex appellationis cognoscere non

posset, sed de his, quæ p̄dēnt ex veterib. vt

C. de tempor. appellationum per hanc. et ex

hoc patet, quod licet coram iudice, a quo ap-

pellauit, vnam causam proposuit: tam corā

iudice appellationis aliam potest adicere, vt

su. de appell. constitutus. in fine. D. de appell.

lat. scio. et instrumēta, et probationes prius

omissas, vt in lege illa, per hanc.

b Contractus initus) Ab initio, cum primo co-

tractus fuerit initus.

c Secundum legitimas) Vt C. de fide instrum.

in exercendis.

d Quodlibet instrumentum) Et ita patet, quod

contra instrumentum, quantum cumq. pu-

blicū admittitur testes, vt hic, et su. de pre-

script. ad audientiam. li. 3. et C. de probat. cū

precibus. Si quæris, quot testes præjudicent

instrumento; dico, quod quattuor, vel quinq.

ad minus, quia auctoritas tabellionis valet

duos testes, vt hic dicitur, et su. de probat.

quoniam. li. eo. et ipsum instrumentum valet

duos testes, quia parem vim habet proba-

tio testium, et instrumenti, vt hic dicitur, et

C. de fide instrum. in exercendis. sic ergo i-

psum instrumentum valet tres testes ad minus.

oportet ergo, quod ad minus per quattuor

testes improbetur. In duob. autem casib. te-

stes non admittuntur cōtra instrumentum,

ut

vt in inventario publico confecto, vt C. ar-

bitrium tutelę, l. vlt. et in confessione mulie-

ris, quæ confitetur se recepisse pecunia per

intercessionē, vt C. ad Velleianū. antiquæ.

et alij distinguunt, an factum sit remotum ab

huiusmodi t memoria, vel non, ut plene no-

taui 4. q. 3.

e Nec cancellatum) Hæc verba habes C. de

edicto D. Hadri. tollen. l. vlt.

f In modum exceptionis) Verum non videba-

tur pro ipso sententiā adūm. su. de ordin. cogn.

cum dilectus.

g De certo) Propter quod videbatur non va-

lere, su. de fide instrum. inter. li. 3. D. de eden-

do. l. i. P. editiones.

h Postquam) Sic patet, quod iudex post aper-

tas attestations, potest interrogare partes, vt

D. de interrog. actionib. ubicumq. sic dico,

quod iudex ex suo officio potest post aper-

tas attestations querere aliquid a teste, si de

minute aliquid dixit, quia quibuslibet mo-

dis potest inquirere veritatem, ne aliquid præ-

termissum remaneat, vt 30. q. 5. iudicatē.

sed tamen ad petitionem partis illud non de-

bet facere, vt su. de probat. c. 2. li. 3. De hac

materia dixi 30. q. 5. iudicantē. sed nūquid

audiēda est, si vellet aliquid proponere pu-

blicatis attestacionib? sic, super novo arti-

culo, sicut et posset super illo inducere te-

stes.

i Huiusmodi exceptio) Videtur ergo, quod ex

ceptio omilla ante sententiam, possit obici

post sententiam, sic su. de privileg. cū olim.

li. 3. sed contra su. de sent. et re iud. inter. li. 3.

et 3. q. 6. P. exceptio) Respon. quod licet in

modū exceptionis nō posset obici quasi o-

missum, potest tamen in modum accusatio-

nis. sic su. de compeniat. quod in dicim. et su.

de appell. constitutus. li. 3. lo.

TIT. VIII. DE IURE IVRANDO.

Cap. i. Cum contingat.

L Egitimas sanctiones^a) vt D. de fund. dota-

li. lex Iulia.

b Seruare) Quid est ergo, quod dicit utriusq.

iuris regula, quod contra leges sit, pro infe-

cto habendū est? ut 10. dist. vides C. delegib.

nō dubium. et su. de fide instrum. inter. li. 3.

Item cum talis contractus a iure sit dannatu-

s, vt D. de fundo dotali. lex Iulia. C. ad

Velleianum. auhent. siue a me. qualiter præ-

stat iuramentum ipsi robur, cum iuramentū

nō sit vinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter.

Neq. enim illud solum sufficit, quod sine in-

teritu potest seruari. quia illud fallit in tem-

rarijs iuramentijs, su. de iure iur. sicut lib. 2. et

su. de testib. constitutus. lib. cod. et su. cod.

3. de maior. et obed. solitæ. et 18. dist. si Ep̄s.

TIT. X. DE PRAESCRIPCTIONIB.

Cap. i. Significavit.

Prescriptionem^a) In procriptione, quæ debet ratione usitationis, nō prescribitur, vt hic. su. de maior. et obed. cum ex officij, sed in alijs procriptionib. quæ debentur ratione consuetudinis, bene prescribitur. de quibus loquitur 18. q. 2. feruntia. vel quæ debentur ex prima constitutione, de quib. dicitur 18. dist. Eleutherius. et generaliter in nullo, quod spectet ad obedientiam, prescribere videtur, vt su. de prescr. cum non liceat. su. de transact. p̄terea. li. 2. sed in his, quæ nō pure spectant ad obedientiam, sed potius ad parochialia iura, bene prescribitur, vt su. eod. de quarta. li. 1. et quod hic dicitur, intellige, nisi quis prescriperit libertatem, nam tunc prescribit contra obedientiam, et alia iura libertatis. su. de priuileg. cum olim. vel si medio tempore fuit obediens; tunc prescriptum est contra obedientiam prioris. et in hoc casu magis ipse prescribetur, quam prescribat, vt su. de prescr. cum ex officij, et su. de priuileg. cum olim. li. 3.

Cap. 2. Intellecto.

Causas matrimoniales^a) Quid juris de hoc sit, habes infra de excessib. pr̄el. accedentib.

b) Oppressionib.) paruolor. in lectis parentum.

c) Panitentias) Sollemnes sed priuatas penitentias possunt simplices sacerdotes iniungere. vt 50. dist. in capite. vel isti Abbates non habebant populum.

d) Remissiones etiam) In dedicationibus ecclesiistarum.

e) Requisito) Sup. de capellis monachor. in ecclesijs. li. 1.

f) Interdicto) Quod solus Ep̄s potest, su. de ijs, quæ sunt a maior. par. cap. quæ sicut.

g) Expressa) priuilegium amplius non extenditur, quam verba priuilegij sonant. su. de priuileg. c. vlt. li. 1.

h) Concessionem se. Ap.) In his omnib. quæ premissa sunt, nam in quibusdam possunt se tueri alio iure, vt in ita de excessi. pr̄el. accedentib.

i) Se habere) Supple in omnib. pr̄dictis. vel

dic, quod licet consuetudine se non possunt tueri, possunt tamen se tueri præscriptione, ut su. de prescr. auditis. li. 3.

k) Fore v̄os) Nō enim sufficit habere priuilegium, nisi sit v̄sus ipso iure. D. de nundinis. li. su. de priuileg. li. de terra. et C. de prescr. 30. annor. sicut in rem. lo.

Cap. 3. Quoniam omne.

Bona fide^a) Argum. contra ext. 1. de iure patronat. cura. et ext. 2. de præscript. significavit. sed ibi bona fide possedit, licet minus iusto titulo; et ad præscriptionem sufficit qualiscumq. titulus, licet minus iustus, ut ext. 2. de emptio. peruenit. et ext. 3. de consuetud. c. vlt. item contra ext. 1. de prescr. de quarta. sed ibi scientia Ep̄i induxit tacitum consensum, et ille consensus fuit ei titulus. Item fidei non potuit habere bonam, si ponas ipsum successisse alteri. Dicitur autem quis bonæ fidei, licet erret in facto, vt D. de uerbor. signif. bonæ fidei. Idem videtur, si erret in iure, vt ext. 1. de iure patr. cura. et D. de petitio. hered. sed et si. P. scire. licet in usucapione non prosit iuris ignorantia, vt D. de usucapiobi. numquam. et licet hic non fiat mentio de titulo: tamen et titulus requiritur, vel verus, vel præsumptus. vt ext. 3. de præscript. si diligenter. quia ex solo tempore non inducitur obligatio; cum nec tollatur solo tempore, vt D. de actionib. et obligation. obligationum fere. Vnde nō sufficit allegare cursum temporis, nisi alleget titulum, et fidem; et probato tempore præsumendum est de titulo, et fidei; alio enim modo non cogitur probare titulum. Sed quid si aduersarius vellet probare ipsum nullo titulo habuisse, sed potius per violentiam? Videtur, quod debeat audiri, ex quo vult probare originem possessionis vitiosam, vt notatur C. de pignorat. actione. ne creditores. et C. de prescr. 30. annor. malæ fidei. et C. de distract. pign. et si. et 16. q. 3. si. sacerdotes. et cap. seq. et c. licet. et c. prima. in fine. et 93. dist. illud. et C. de præscript. 30. annor. si quis exemptionis. arg. cōtra, quia quadragenalis prescriptio omnē actionem excludit, vt ext. 1. de præscr. ad aures. et C. de prescr. longitem por. li. vlt. in fine. Solutio. ad hoc dico, quod licet talis in initio non habuit titulum; tamen postea incipit habere per tacitū cōsensum auctoris, vnde nullā exceptionē: nō admittit, quia prescriptū est cōtra actionē. tamen videtur satius dicēdū ex hac constitutione, cū quis vult probare defensū fidei, et tituli, quod ad-

admittendus sit. sed numquid tenetur quis probare titulum? Videtur, quod sic, vt ext. 1. de præscript. licet. ext. 3. eodem si diligent. Respondeo, cum f̄ presumitur cōtra aliquē, non sufficit allegare titulum, nisi et probet, alias sufficit probare tempus, vt præsumatur titulus, sed contra infra de decimis. duodū. Ioan.

b) Quæcūlū) Si queris, quo modo Papa possest aliquid statuere de præscriptione laicorum. dico, quod ratione peccati, quia omnis causa ratione peccati ad ecclesiam spectat, vt extra. 3. de iudic. nouit. Sed nūquid interrum pentur præscriptiones iā inchoatæ ante hāc constitutionem, vel numquid tūti erūt præscriptione illi, qui ante hāc cōstitutionē præscriperunt? sic. quia cōsilio nec ad præterita, nec ad ea, quæ adhuc p̄dēnt, extēditur, nisi hoc nominatim dicatur, vt C. de leg. leges. Itē quid si prelatus habet laesam cōscieñtiā alicuius rei, quā possideret, sed ecclesia habet bonam fidem, numquid teneretur rem deserere? Resp. non. sed significabit illi, cuius res est, vt eam petat. nec in hoc facit fraudem, vt D. de negot. gestis. at qui natura. P. cum me absente. et D. mandati. Quintus. Ioan.

c) In nulla temporis parte) scilicet ipsius præscriptionis. Si. n. post præscriptionē sciuit, quod res sit f̄ aliena, non ideo dicitur tunc mala fide possidere, nec habere conscientiā rei alienæ; nisi ita v̄llis intelligere: id est rei, quæ fuit aliena, modo nō est aliena, sed quid si tempore præscriptionis habuerit conscientiam laesam; sed postea per dicta aliquorū f̄ iterum incipit habere non laesam; numquid per hoc est interrupta præscriptio? non. quia illa conscientia fuit erronea: tamē si habet erroneam conscientiam, oportet, vt depoñat errorem. ut ext. 3. de simon. c. vlt. Item quid si dubitat, an res sit sua, et iustā habeat causam dubitationis? aut reddet f̄ rem in hoc casu, aut retinere potest eam licite? Dico, quod in dubio licite vtitur fructib. quia quantum ad fructus percipiēdos dicitur bonæ fidei pessellor, licet dubitet de iure suo. vt D. de usuris, qui scit. P. bonæ. sed nūquid hoc casu præscribit? potest dici, quod sic.

Quia licet habet conscientiam dubiam, non tamē laesam; nec habet conscientiam rei alienæ, inquirere tamen tenetur ab alijs de reilla, vt sic perueniat ad veritatem. Io.

Cap. i. Cum te.

[N]famia^a) Nam accusatio iniuriarum infamia, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, D. de his, qui notā, infamia. athletas. P. vlt. si quis autem famosa actione te conueniat, si vis euitare infamiam, constitue tunc procuratorem, vt D. de his, qui notantur inf. furti. b) Vel minima) Quia non omnia talia verba pro iniuria sunt habenda, vt si ex iepentino animo dixerit. 2. q. 3. si quis iratus, de p̄nir. dist. 1. quidquid. Itē et illud requiritur, quod sit contra bonos mores, vt D. de iniurijs. itē apud. P. meminisse. c) Non notari) et ita iudex ecclesiasticus restituit aliquem famē. su. de simoma ex diligen. ti. 15. q. 6. auctoritatem. Io.

Cap. 2. Ad probandum.

A) D. probandum^a) Hoc capitulū de eadē materia loquitur, vt su. de rescript. dilect. li. 3.

b) Innotatus) A Metropolitano, nō tamē ab Ep̄o suo, et ita retractatur sententia, si detegitur impedimentum per sententiam. sic su. 8. dist. veritate. 29. q. 2. si quis ingenuus. et est tōtra id generale, quod est. 3. q. 7. P. tria. in princ. su. de iure patr. c. consultationib. C. de tellam. li. 1. et 1. q. 1. si quis a simoniacis. sed ad huc aliud videtur hic esse inconveniens, quod se retractatur sententia, quoad vnum iudicem; retractetur etiam, quoad alios. sic su. de offic. deleg. cum super. li. 3. argum. contrā su. de rescript. sustitutus. li. 2. D. quod falſo tute. li. 1. P. primo. D. de arbitris, Pedrus. in fine, et 1. sequenti. et ita per rationēm huius decretalis videtur, quod etiam retractanda sit sententia iudicis, qui communicauit excommunicato, et facit ad id. su. de elect. il lam. li. eo.

c) In personam) Habes hic, quod exceptio in propria, si fuit omissa ante sententiam, potest adhuc obici post sententiam, argum. 81. dist. eum, quæ su. 8. dist. que contra nā post cōfessionem obicitur. su. de elect. in causis. li. 3. et su. de accusation. veniens. li. 3. sed contra 8. q. 2. dilectissimi. su. de tellib. ad hoc. su. de qualit. ordin. accepimus. li. eod. Respondeo, quod exceptionem omissam in causa principali, possunt obicare in causa appellationis, aliter non. supra de fide instrument. cap. 1. li. codem et C. de temporib.

appellationum per hāc vel dic, quod prius fuit hic exceptio proposita, sed iudices ea omisla processerunt ad sententiam, nō tamē ea reprobata; tunc enim non posset plus ea obici, su. de sent. et re iud. inter. li. 3.
d. In expensis) sic su. de rescript. cap. dilecta. li. 3. lo.

Cap. 3. Cum in præsentia.

Non solum noluit^a) Quia tuebatur se ap-

+ si, for
te
+ contu
macia,
malo.
+

b Causa rei seruande) sed + mittere volebat tā
tum causa rei seruandę, ad quid opus erat te
stibus: cum sola contestatio sufficeret? for
te ideo, quia nō statim propter cōtumeliam
partis aduersa sit missio in possessionem,
nisi statim alio modo sit cognitum de ne
gotio. vt su. vt lite non cont. quoniam. in fi
ne. lo.

d Commissa) Tamē hāc causa fuit cōmissa,
quod Ep̄s nolebat confirmare eius electio
nem; et occasione huius mandati fuerūt vo
cati contradic̄tores omnes. quia et si nō fiat
mentio de ipsis in litteris: tamen omnes illi,
quos res tāgit vocandi sunt, su. qui matrim.
accus. possunt. ex litteris. lib. 1. D. de re iud.
de uno quoq. et l. s̄. p̄. 6. dist. si forte. vt 8.
q. 1. licere. su. de elect. dudum li. 3. Item quia
Ep̄s non fuit accusatus, de quo principali
ter mandatum receperunt; cassatur id, quod
factum est, sic su. de rescript. cum dilecta. sed
si Ep̄s esset vocatus, et nō monachi, quo
rum interest; tenet sententia lata contra
Ep̄m. su. de sent. et re iudic. cū super. lib. 1.
præjudicatur ramen illi, qui scit causam agi,
cuius defensio ad ipsum principaliter spe
ctat. su. de parochijs. coram. li. 3. su. de re iudic. s̄. p̄. lo.

TIT. XII. DE APPELLATIONIB.

Cap. 1. Oblatæ.

Bennium^a) vt su. eod. cum sit Romana.
li. 1.

b. Provocante) vt su. eod. personas. argum. cō
tra su. de matrim. contra interdict. eccles. cō
tracto. ex literis. li. 1.

c. Prorogari) nisi ex causa, vt su. de appell. ex
ratione. li. 1. sed tamen illud non est proroga
re, licet parcatur ei, qui non prosecutur
infra tempus legitimum.

d. Vel appellante) Hoc tamē de appellato di
citur, qui nō possit præuenire terminum le

galem, nisi secundum quod hic dicitur, et 2.
q. 6. appellatore. De hoc non est dubium,
quoniam terminum statutum ab homine neu
tra pars potest præuenire, vt su. eod. s̄. p̄. li.
3. su. eod. significauerunt. li. 1. sed numquid
appellans potest præuenire terminum lega
lem? uidetur, quod sic tamē ne calumnose
præcurrat vīctorē, ut primo, dicitur; satis po
test dici, quod utraq. pars potest præuenire
terminum legale, et exequi causam appelle
tionis, quandocumq. voluerit infra annū,
vt hic videtur; dum tamen neutra pars nita
tur præuenire alteram, vt hic ostenditur, et
C. de tempor. appell. l. nemo. et l. vlt. P. in his.
non obstat 2. q. 6. appellatore, quia ibi non
dicitur, quod debeat vīctor expectare usq.
ad finem anni; sed quod licet ei expectare
tantum. Item et hoc scias, quod infra termi
num legalem debet causa appelleationis esse
terminata, nec ultra potest procedi, vt 2. q.
6. ei. P. 2. C. de tempor. appell. nemo.

e Non præcurrat) sic 16. q. 3. placuit. et D. ad
Tertullianum. l. 2. P. si mater.
f Prosequi) etiam absente aduersa parte po
test expediri causa appelleationis, ut hic pa
tet, et 2. q. 6. appellatore. et su. de sent. et re iu
dic. cum Bertoldus. et C. de tempor. ordin.
1. ult. P. 1.

g Periculum imminere) sic supra, ut lite nō cō
test. quoniam. arg. contra su. de appellat. con
stitutus. li. 3. + lo.

h Non derogatur priorib.) Sed si iudici nō li
quet de causa: tūc cōstituat præsentē posses
forem. nec audietur aduersarius, nisi de pro
prietate, vt C. quo modo, et quando, cōsen
taneum. et est idem tunc, ac si lis esset, quasi
contestata, vt su. vt lite non contest. quoniam,
sed si possessor sit præsens, et actor abest,
tunc siue lis sit contestata, siue non; potest
tamen diffinitiuam ferre sententiam, si con
stat de causa, su. qui filii sunt legitimi. omni
et argum. su. de restit. spoliat. audita. lib. 1.
et C. quomodo, et quando iudex. authen
qui semel. sed si nō liquet de causa, absoluat
reū ab obseruatione iudicij. nec obstat, si di
catur, quod actore non probante semper
reus debeat obtinere, ut 6. q. vlt. actor. quia
illa regula locum habet, cū ambo sunt præ
sentes. Item patet hic, quod iudex appellatio
nis potest procedere altera parte absente, vt
2. q. 6. sign. + et su. de sent. et re iud. cū Bertol. + ei quis
dus. et C. de tempor. appell. l. vlt. et su. de ap
pell. s̄. p̄. lib. 3. lo.

Cap. 2. Per tuas.

Lique

Liquebit^a) Hoc intellige, dū tamē priores
fecerint mētēnē appelleationis factę,
vt su. de rescript. accepta. li. 2. su. de confir. bo
nē. li. 2.

Cap. 3. Vt debitus.

A Nte sententiam^a) Cum hodie idem iu
ris sit in omnib. iudicib. patet, quod ho
die non habet locum illa decretalis, super
quæstionum. quantum ad potestatē appellā
di, sed in hoc bene tenet; vt si deleget totā
causam, non appelleatur ad ipsum, secus si
deleget partem, vt tūc appelleatur ad ipsum
in casu, in quo licet appellari. sed quero,
quid hodie pro sit scribere remota appelle
tatione? Dico, quod etiam tunc post sententiā
prohibetur, nisi habeat causam probabilem
appelleandi. sed si nō esset remota appelle
tatione semper posset appelleare post sententiā, nisi
evidēs esset ipsum frustatorie appelleare. vel
dic, quod si remota esset appelleatio, non po
test appellari, nisi in casib. expressis a iure;
in quib. appellatur remota appelleatione, vt
ext. 3. de appell. pastoralis, sed si nō est remo
ta; tūc semper appellatur, quotiens habeat
probabilē causam, quæ si foret probata* et
cū. + quia licet.* casus sunt a iure expressi, in
quib. appellatur remota appelleatione, vt po
tes ponere exēpla ext. 1. de appell. postremo.
ext. 1. de dolo, dilecti. ext. 1. de restit. spoliat.
ex conquestione. ext. 3. de appell. significan
tib. ext. 3. de appell. ex parte. 2. q. 6. non so
lent. C. de Episcopali audientia. l. 2. C. vt lite
pēd. l. 2. D. de minorib. ait Prætor. P. permit
titur. C. de appell. si quis. et generaliter vbi
cumq. sententia manifestam continet iniqui
tatem, vt ext. 1. de off. del. sane. et licet nō om
nes casus in iure poterant enumerari, et ex
primi: de similibus ad similia procedemus.
20. dist. de libellis. D. de legib. nō possunt. ap
pelletur ergo ex illa generali clausula, si qua
mihi iusta causa videbitur. arg. D. ex quib.
causis maiores. l. 1. alias iniquissimum esset,
quod si pars evidenter cōvictus, nisi qui ha
bet probabilem causam, non audietur appelle
lans, nisi ille casus esset expressus in iure. si
ergo ius dicere, quod remotio appelleatio
nis facta ab homine, tamen spectet ad appelle
tationes expressas in iure: sed vbi ius remouet
appelleationē, ibi potest appellari, etiam in non
expressis, vt ita mitius agat ius,
quam minister iuris. secundum hoc illa de
cretalis, super quæstionē. nullam recipit cor

rectionem, quia si delegatus delegat alij, la
xiōr est data potestas appelleandi, quā prius
fuerat, quia prius non poterat appellari, nisi
in casibus expressis, sed a delegato appelle
atur etiam in probabilib. causis. Item quāro,
si remotio appelleationis hodie extendatur
ad incidentes quæstiones; cum generaliter
ante sententiam non appelleatur. Videtur,
quod non; quia et si expresse in hibetur ap
pellatio, bene appelleatur ab incidēti, vt ext.
1. de appell. super eo. Ergo multo potius, v
bi expresse non inhibetur. Ad hoc dice,
quod hodie solum ius in hibetur fortius appelle
tationem, quam olim expressa remotio, et
est ratio, quia olim contra ius erat, quod ali
cui inhiberetur beneficium appelleationis.
et cum esset contra ius, non debuit trahi ad
consequentiam. et sic non debuit trahi ad
incidentes quæstiones: sed hodie ipsum ius
remouet appelleationem, vnde generaliter
remouet.

b Nō obstante si dicat) id est, si alleget hoc tā
tum, et non probet, et est simile ext. 1. de ap
pell. super eo. in fine. alias enim multiplex
videtur sequi inconveniens; quia cum ali
quis in propria persona possit adire sedem
Romanam, vt interim non deferatur que
rella contra ipsum, quare non posset per nū
tium; cū illud dicar facere, quod per alium
facio, vt ext. 1. de sent. ex com. mulieres. maxi
me si sint tales personæ, quæ per se non con
suerint ire ad curiam, sed per nuntios, vt
ecclesia, vel princeps aliquis. et quod mis
sio nuntij excusat, habes ext. 2. de appell. ad
hoc. ext. 3. de off. del. c. 1. Præterea ex hac
constitutione datur occasio malignandi, nā
quam cito aliquis senserit ad eiusarium suū
redisse de curia, vel nuntiū illius impetrasset
litteras, statim preueniet ipsum cōquerendo
de ipso coram ordinario iudice, sed certe ra
tio huius statuti evidens est, hēc scilicet, ne
quis sine causa declinet examen ordinarij iu
dicis, voluit enim dominus Papa, quod debi
tus honor deferretur iudicib. vnde sicut nō
potest declinari iudicū eius per appellatio
nē, sic nec per missiō nuntij, immo magis
videtur ex hac constitutione dicē dū, quod
si quis per litteras conuenit aduersarium co
ram delegato, vt ille possit excipere, quod
causa non est translatā a potestate ordina
rij, cum enim per expressam appelleationē
non posset ab eo transferri, nisi causa proba
bili exposita, vt hic dicitur; multo minus
per simplicem querellam, quia et alias trans
fert appelleatio iudicium, vbi non transfe
rit.

ccc 4 quæ

querella, ut 9.q.3. cōqueslus, cum enim ho-
die leges, et canones in hoc articulo sint cō-
formes; et secundum leges non transfertur
ad principē iurisdictio ab ordinario sine ap-
pellatione, ut in auth. de mand. Princ. P. sit
tibi. et ext. 1. de appell. vlt. fēt in auth. col-
lat. 9. vt differentes iudices. P. penult. et vlt.
ergo et secundum canones. secundum hoc
correctum erit illud, ext. 1. de off. leg. cum
non. vbi etiam ad legatum transfertur per
simplicem querellam, et 11. q. 1. quicunq.
Prēterea cum per securidum rescriptum nō
tollatur iurisdictio delegata, nisi de ipso fiat
mentio; multo potius t̄ non tollitur ordina-
ria, nisi de ipsa fiat mentio: facilius enim tol-
latur extraordinaria, quam ordinaria iuris-
dictio. ut 3. q. 3. P. spatium. ver. quod fieri su-
tamen vis dicere, quod per secundum rescri-
ptum potest praeueniri ordinaria iurisdictio
non inchoata, quemadmodum et delegata:
non reprobo, licet ordinaria sit potior. et est
argum. ad hoc ext. 1. de rescript. spol. audit. in
fine. et si queras, quare secundum hoc non
sit necessarium facere mentionem ordinarię
iurisdictionis, sicut et delegate: dico, quod v
triusq. facienda est mētio, si est cōcepta. Ideo
autem consuevit fieri mētio delegata, et nō
ordinaria; quia ordinaria de iure generali
habetur. Vnde per speciale rescriptum tolli-
tur, quantum ad certam speciem, licet non
fiat de ea mentio, sed ubi vtraq. iurisdictio
de iure speciali habetur, secus est, ut ext. 3.
de rescript. pastoralis. vel dicatur, quod eo 1.
pso, quod Papa alijs scienter committit cau-
sam, videtur translatisse iurisdictionem ab
ordinario, ut ext. de off. ordinarij. pastoralis.
Itē videtur hic corrigi id, quod legitur ext.
3. de rescript. plerūmq. ut usq. ad annū non
possunt praeueniri litteræ alicuius, quod po-
test concedi, ut statim possit quis alium prae-
uenire habentem priores litteras, dum tamē
prius potuit habere copiam iudicis, ut ext.
1. de rescript. si autem, et hoc intelligo, quan-
do aduersarius non praeuenit diligentiam al-
terius, ut 16. q. 3. placuit, et su. eod. oblate. Si
queras, vsq. ad quātum tempus dicatur ne-
gligens; dico, quod usq. eo dū potuit habere
copiam iudicis, ut D. de vacationib. et excu-
satio. munerum. Theopompus. et satis wide-
tur moderandum esse tempus usq. ad tres
menses. arg. ext. 2. de rescript. ex parte. vel
usq. ad s̄num mensem. ut 1. q. 1. constat. et
intellige, quando secundus exhibit suas lit-
teras, postquam prior compositus sarcinulas
suas, alias ei t̄ nō noceret alterius festinatio,
ut D. ex quib. causis maiores, ab hostib. P.
vlt. et l. sequ. Sed quid si ad appellationem t̄ pos-
tū alterius impletatæ sunt litteræ altero præ-
sente, vel eius procuratore? in eo casu ille,
qui scriuit, et præsens fuit, non potest præ-
uenire alterum; nam punitur, ut cōtinax,
vt ext. 3. de appell. s̄pē. et eset tunc idem, ac
si litteræ esent impletatæ de consensu par-
tium: quæ similiter non possent t̄ præueni-
ri, vt ext. 1. de rescript. ceterum. eodem mo-
do vide tur, quod si aliquis sc̄iente aduersa-
rio mittit nuntium, vel impletat litteras; si
postmodum velit ipsum t̄ conuenire coram t̄ eum
ordinario, cum sc̄iat ipsum habere litteras,
non potest ratione iam dicta, et est argumē-
tum ad hoc ext. 2. t̄ de appell. ad h̄c t̄. t̄ ad
Ioan.

c. Ex rationabilis causa) Hic euidenter patet, quod semper causa appellationis proponen-
da est, si tamen non præponeretur causa, et
postmodum coram iudice appellationis proba-
ret se iuste appellasse; bene cassaretur, quod
fa. etū est post talem appellationē, ut ext.
3. vt lite non contest. accedens. Sed quare di-
citur causa appellationis, tū ab ea possit re-
cedi, et coram iudice appellationis non tene-
tur prosequi eam; sed aliam potest propone-
re, ut D. de appell. sc̄io. in fine. et. argum. ext.
3. de appell. constitutus. in fine. Resp. ideo, ut
sc̄iatur, an ei sit deferēdum, vel nō. Sed que-
ro, quæ causa dicatur probabilis, nūquid illa, t̄ nec
quæ iudici videtur vera, t̄ an alijs? Videtur; saria
quod nō sit referendū ad opinionē iudicis,
ut infra de sent. excom. sacrum. sicut nec ad
opinionē iudicis refertur, quid dicatur ma-
nifestum, sed ad ipsam rei veritatem, ut ext.
3. de verb. fig. cum olim. ad idem facit. 3. q.
7. indicat. ext. 1. de constit. c. 1. si enim ad op-
tionem iudicis eset referendum, ut illam
debeat admittere, quæ ei videatur probabi-
lis; sed potest esse, quod aliquid videatur vni
iudici probabile, et eius contrariū videatur
alteri iudici probabile; et sic vterq. iudex be-
ne sententiaret; et tamen contrarias senten-
tias ferrent, quod esse non potest. Item vide-
tur, quod iudex potius sequetur opinionem
aliorum, quam suam, ut infra eod. cum cau-
sa. Si vero dicas, probabilitatem ad opinio-
nem aliorum referri; contradicit ext. 3. de cō-
suetud. ad nostram. Vbi dicitur, quod iudex
non secundum aliorum, sed secundum suā
opinionem ferat sententiā sententiabit e-
nim iudex id, quod sibi videtur. D. de arbit-
ris. qualem. et iudex ex sententia animi
sui sententiabit, sive estimabit, quid aut-

credat, aut parum sibi probatū videatur,
ut 4. t̄ q. 3. s̄pē. nec debemus respicere rerū
naturam, sed opinionem nostram, ut D. de
iudic. sed et si. in fine. quod concedo, et aliud
est in manifesto, quā in probabili. Sed quid
si dubia est causa appellationis, an tunc de-
ferendū sit t̄ appellationi, an non? si deferat,
appellationi, ergo t̄ dicitur hic, quod tūc tā
tum t̄ deferet, cum causa est probabilis. Si
vero t̄ deferat, ergo iudex dubitans an sit
iudex, potest iudicare, et cum dubitat an sit
suspēta sententia per appellationē, potest ē
executi, et sic obstat 11. q. 3. graue. Dico, quod
si iudex dubitat de causa appellationis, de-
bet summatim cognoscere non formā iudi-
cij, sed inquirendo ab alijs, et sic sc̄ier, an cau-
sa sit probabilis. sed quid si iudex semper
dubius relinquatur? tunc dico iudicem su-
persedere debere, quia etiā in dubio potius
statur appellationi, quam sententiā, ut ext. 3.
de appell. dilecti. t̄ et infra de sent. excom. fa-
cro. nam præsumitur, quod propter grau-
amen appellauerit, cum sit paratus prose-
qui appellationē, ut ext. 2. de appell. tenor.
nec enim posset dubitare iudex, nisi appelle-
lans aliquam causam haberet pro te. si enim
nullam haberet pro te, non dubitaret. sic er-
go iudex in dubio tēper deferat appella-
tioni, nam et defertur appellationi facta con-
tra ius, ut ext. 3. de cōces. p̄bēdē, et eccl. nō
vac. constitutus. Io.

d. Remittat) Sed nonne ille iudex est ei su-
spectus, cum appellauerit ab ipso, ut ext. 1.
de appell. ad h̄c. sed dico, quod suspicionem
non potest allegare contra ipsum, cum ex
propria culpa processerit illa suspicio; sicut
nec ille, qui nō prosequitur appellationem,
ut ext. 1. eod. personas.

e. In expensis) Et hoc semper optinet, sive ca-
lumniole, sive nō calumniose appellauit, ut
ext. 3. eod. s̄pē. et ext. 3. de eo, qui mittitur
in posses. cum venisset. sed si calumniose ap-
pellasset; tunc magis puniretur, ut C. quoīū
appellationes non recip. ab executore, vbi
punitur in quinquaginta libris, sed in crimi-
nali lite per edicta vocatus ab eodem acce-
dat, C. de appell. a Pro consulib. quidā tamē
dicunt, quod si appellans potest ostendere
se probabilitate errasse, non punitur in expē-
sis. arg. infra de sent. excom. sacru. et D. de
legat. i. qui solidum. P. etiam. alias quilibet
metu expensarum relinqueret ius suum in-
defensum, ut D. de petit. hered. illud. tūc au-
tē præsumitur non calumniose appellasse,
cum iuratum est de calunnia, ut 1. q. 7. san-

cimus. et est argumen. ad istud. 2. q. 3. P. no-
tandum. sed hoc non concedo, ut 2. q. 5. om-
ni modo.

f. Aliquin) Hic manifeste videtur, quod
si iudex appellationis pronuntiat appella-
tionē tenere, quod per hoc non exspirat of-
ficium eius; sed incipiet de nouo cognoscere
de causa, et facit ad id extra. 3. de tenten. et
re iudic. Rainūtius. in fine, et C. de reb. cre-
ditis, generaliter. P. si autem, in fine, et in t̄ Ep̄is
authen. de sanctis. eccl. t̄ P. si quis con-
tra aliquem. argum. contra. 2. q. 6. P. si autē
quando. in fine, et C. de appell. eos. vbi dici-
tur, quod tantum pronuntiat appella-
tionē iustam, vel iniustam. Item queritur, an
coram delegato, qui de causa appellationis
cognoscit, possit alia causa proponi, quam
illa, quæ est in seculare litteris. quod vide-
tur, ut D. de appell. sc̄io. cū etiam nouis in-
strumētis possit vti, et su. de fide instrumēt.
cum Ioānes. et C. de appell. eos. Item certum
est, quod coram iudice appellationis posset
nouam causam proponere periam dicta iu-
ra, sed delegato eadem est commissia iu-
risdictionis, quam haberet t̄ delegans, ergo et bñit
coram delegato potest. quod satis potest ad
mitti, nec in hoc excedit fines madati, si-
cū nec excederet, si audiret noua instrumē-
ta, vel nouas allegationes, maxime cum per
hanc constitutionem non tantum de causa
appellationis, sed de causa principali cogno-
scet, si appellatio fuerit iusta pronuntiata.
Ioan.

Cap. 4. Cum cessante.

C omminando²) Videtur ergo, quod si
iudex comminatoria verba proferat
parti, quod ex hoc possit appellare, nisi de
hoc satissimatis iudex, quod non est verum:
quia tunc ex officio suo comminari debet,
ut D. de iudic. et post edictum. nec etiam sta-
tim debet quis moueri propter asperitatem
verborum, ut ext. 1. de rescript. si quando,
sed qualiter potest iudex mutare suum con-
siliū in alterius iniuriā cōtra regulā illam,
D. de regul. iuris. nemo. sed certe eo nō
odo, quo ipse appellans mutare potest consi-
liū, ut 2. q. 6. si quis libellos. sic et iudex. et
intellige, si appellans adhuc non facit sum-
pus ad prosequendam appellationem, ut
D. de condic. ob causam. si pecunia. in prin-
cip. sed nūquid iudex post decem dies po-
test mutare interlocutoriam? videtur, quod
non.

COLLECT. IV. SCHOLIA.

^{T Ad-} non, quia postea transit in rem iudicatam, si
cuit et diffinitiua, ut ext. 3. de elect. cum dile-
ctus. in fine. et ext. 3. de electib. significauerūt,
in fine. arg. contra ext. 1. de appell. significau-
runt. D. de re iudic. quod iustit. Potest dici,
quod licet translat in rem iudicatim quoad
hoc, quod appellari non possit; non tamen
quoad hoc, quin reuocari possit. nam et ap-
pellans post decem dies posset renuntiare ap-
pellationi. Attende ^{† cognoscere} tamen, qualiter iudex
corrigat suam sententiam, quia si ita dicat;
corrigo sententiam meam, vel corrigo erro-
rem meū: sic fatetur se etrasle. Ergo fatetur
illum habuisse probabilem causam appellā-
di: ergo fatetur iurisdictionem ab ipso iusle,
et vere translatam. et sic amodo [†] non sibi
reddere posset iurisdictionem, cum fateatur
a se eam [†] translatam. et sic dicere debet;
sed si in aliquo te grauauit illud reuoco. Sed
nūquid, interlocutoria hodie trāsit in rem
iudicatam? non videtur, cū hodie iure com-
muni, non possit appellari ab ea; sicut hodie
secūdum leges non transit in rem iudicatā.
ecōtra videtur, quod translat: quia si graua-
tus fuerit per interlocutoriam, in pūtetur ei,
si non appellavit, cum habuit probabilem
causam. nam interlocutoria et si sit contra
ius, transit in rem iudicatam, sed appellatur,
ut 2. q. 6. non solent. dico, quod hodie non
transit in rem iudicatam. lo.

Cap. 5. Cum speciali.

Non competēt³) Trina scilicet, 16. q. 7. om-
nes decimq. 24. q. 4. de iūcita.

b *Assignet*) Su. de appell. secūdo requiris. li.
2.

c *Cū iudice*) Si enim causa est inter Ep̄m, et
clericum, ita quod Ep̄s sit actor, eliguntur
arbitri. sed si clericus est actor, tunc coram
superiore agendum est, ut 11. q. 1. si clericus.
vel dic, quod licet clericus sit actor, vt si con-
queratur de Ep̄o de iniusta excom munica-
tione facta ab ipso, hoc cognoscetur coram
arbitris.

d *Aducent tertium*) Tamē sub hac forma
non posset compremitti in duos, vt si dissen-
tirent, quod eligant tertium. sed ipse ordina-
rius eos ad hoc cogere potest; ut si dissentiāt,
quod eligant tertiam personam. D. de arbit.
item si vñus. P. penult. et ult. et ita, quod fa-
cit secundum legēm illam prēceptum iudi-
cis, hoc hodie facit prēceptū canonis. et sic
arbiter quātum ad hunc casum potest egre-

di fines sibi iniunctos, alias arbiter nihil ex-
tra compromissum facere potest. ut D. eod.
non distinguemus. P. ult. Idem uidetur dicē-
dum, si iudices dati sunt a principe, vt si dis-
sentiant, eligant tertium, vt C. de appell. iube-
mus. et in offerendis, licet secus sit in alijs de-
legatis, vt D. de re iud. duo. si autem illi duo
arbitri non possunt conuenire in vnam per-
sonam; iudex dabit eis unam. C. de iudic. cū
specialis.

e *De recusatoris assensu*) Secundum antiqua
iura fuit de voluntate actoris, quod si reus
dixit iudicem suspectum, an vellet, quod re-
cusatus delegaret alijs causam, vel quod par-
tes cogerentur ad eligendos iudices, ut ext.
1. de foro compet. si quis. licet illa posset alii-
ter intelligi, hic autem ad arbitrium recusa-
toris dabuntur iudices, si probata fuerit su-
spicio, et nota, quod si hæc clausula de recu-
satoris assensu determinauit [†] totalem hanc
disiunctiū, vt committatur [†] negotium, [†] deter-
minat ^{minet} [†] negotium, [†] committat; secundum
hoc in optione est recusatoris, an vellet com-
mitti negotium, an transmitti ad superiorē,
et iste intellectus probabilis est. sed si deter-
minat tantum priorem partem; tunc vult
littera; quod secundum suam voluntatem e-
ligenda sit persona, cui committatur nego-
tium; dum tamen intelligas, quod non pos-
sit probari suspecta; et sic est contra D. de iu-
dic. obseruandum. ne is iudex detur, quem
altera pars petit nominatum. sed illud est in
odium eius, qui impetravit suspectum iudi-
cem. De hac materia, quid sit officium iudi-
cis recusati, varie loquuntur iura. Hic dicitur,
quod possit alijs delegare causam, et ext. 1.
de foro compet. si quis. et C. de iudic. cum
specialis. alibi dicitur, quod remittat negotiū
ad superiorē, ut 2. q. 6. si quis in quacumq.
et ext. 1. de appell. c. vlt. et quod iudex recu-
satus penitus absinebit, vt ext. 2. de appell.
secūdo. ext. 3. de foro compet. licet. Item et
in alio inuenies contrarietatem, nam quan-
doq. inuenies, quod arbitri electi cognoscēt
de toto negotio, vt ext. 1. de appell. ad hoc. 11.
q. 1. peruenit. ext. de appell. c. vlt. C. de iudic.
cum specialis. quandoq. inuenies, quod tan-
tum cognoscunt de causa recusationis, vt
hic, et ext. 3. de foro compet. licet. Ad hoc di-
cunt quidam, quod si ordinarius recusat, [†]ne
arbitri cognoscēt de toto negotio; sed
ubi delegatus recusat, tantum cognoscēt
de causa recusationis; nec in eo talu recusa-
tus potest alijs committere negotium, quia
littera expirauerunt, sed obstat illa lex cum
spe-

LIB. III. TIT. I. DE VITA ET HONEST. CLER.

f *cognoscere*) specialis, quæ loquitur in delegato. item ob-
stat eis illa decretalis licet. de foro comp. quæ
de ordinario loquitur, et tamen arbitri illi
non cognoscēt, finis de causa recusationis.
sed potest responderi aliud esse secundum
leges. et est ratio, quia cum secundum leges
non sit necesse probari causam recusationis:
ergo oportet, quod coram arbitris aga-
tur causa principalis. Item in illa decretali,
licet. tātum causa suspicionis probatur; quia
loquitur illic, quād arbitri electi tātū sunt
ad causam suspicionis; et hoc satis admitti
potest. Et secūdū hoc dicas, quod hæc con-
stitutio tantum loquitur in ordinario, quia
si probata est causa recusationis delegati iu-
dicis, reuertetur negotium ad delegantem,
vt 2. q. 6. si quis. et quod de ordinario loqua-
tur, indicat illud verbum, cum iudice.

f *Vel ipsius confessione*) Hic patet, quod con-
fessus non auditur appellans, ut 2. q. 6. qui-
cumq. consuevit tamen dici, quod sola con-
fessio non impedit in criminali, quin possit
appellari, ut 2. q. 6. P. sunt coram. si tamē con-
fessus in ciuii vellet probare errorem, audi-
retur appellans, vt D. de confessis. cum fidei
commisso. quia in causa recusationis audiri
possunt exceptiones omisq. ut C. de temp.
appel. per hanc. C. de appell. eos.

g *Lector. distantiam*) Su. de appell. cum sit Ro-
mana. lib. 1.

h *Non curauerit*) Triplex est terminus ap-
pellationis. quandoq. statuitur terminus ad

iter arripiendum, vt ext. de sent. et re ind. c.
vltimo. ext. 1. de app. peruenit. quādōque ad
præsentandum se iudici appellatioñis, vt
ext. 1. eod. cum sit Romana. et cap. signifi-
cavit. tertius terminus est, qui statuitur a le-
ge, scilicet annus, vel biennium; et infra il-
lum finita erit causa appellatioñis, ut 2. q. 6.
siquis appellat, et C. de temp. appell. 1. nemo.
et l. vlt. circa medium. de hoc notaiz. q. 6.
siquis appellat. Si ergo terminus statutus est
ad iter arripiendum; tunc planum est, quod
elapso illo termino cogi debet appellans ad
iter prosequendum. si autem statutus est ter-
minus ad præsentandum se iudici appellatioñis;
tunc cogendus est, quando in tantū
se attuit, vt non possit ad illum terminum
se præsentare, ut 2. q. 6. siquis appellat. D. de
verbis. obligat. cum stipulatus sum. et l. hoc
iure.

i *Comparente*) Id est, vbi aliis non habetur
aduertarius, quam ipse iudex.

k *Probata*) Nec enim tunc est necesse illum
esse præsentem, qui tulit sententiam; quia e-
ius ius non laeditur, ut 2. q. 6. hoc etiam.

l *Probatione defecerit*) Videtur ergo, quod
appellans tenetur probare se iuste appellas-
se, et sic præsumitur pro sententia iudicis,
quod est contra id su. de probation. quoniā,
sed dic, quod non præsumitur pro sentētia,
sed tantum pro eius processu.

m *Ad regulares*) Su. de app. reprehēsibilis.
in fine.

LIBER TERTIVS.

TIT. I. DE VITA ET HONEST.
CLERICOR.

Cap. 1. Ioannes.

P RIVILEGIO²) Vxoratus
nō habet priuilegium clericale,
vt su. de vita, et honest. cler. sta-
tuimus. lib. 1. Dico tamen, quod
priuilegium est canonis illius, si
quis suadente, quia illud nō tam in fauore
ordinis, quam in odium laicorum est intro-
ductū, vt su. de sent. excom. si vero. li. 1. Vn-
de delegatus illud priuilegium non posset re-
uocare, vt ext. 3. de sent. excom. *

b *Deferre*) Si tamen priuilegio clericali vel
let gaudere, teneretur ferre tonsuram, vt su.
eod. c. 3. et 4. li. 1. vel si habeat beneficium ec-

clesiasticum, vt hic, et 32. dist. si qui deponan-
tur. ut teneantur uiuere secundum regulam
ecclesiasticam, vt 81. dist. dictum.

Cap. 2. Vt clericorum.

F ACILITAS VENIE²) 23. q. 4. cū iniusta. quid
F iuris sit de clericis concubinarijs, habes
32. dist. nullus. Ioan.

Cap. 3 A crapula

A CRAPULA²) Su. 4. dist. deniq. Ioannes.

Cap. 4. Clerici.

Clerici

COLLECT. IV. SCHOLIA.

- a *Litteris*) 91. dist. clericus. de cōfēcr. dist. 3.
numquam.
- b *Tabernas*) 44. dist. clericī.
- c *Ad aleas*) Quid de hoc iuris sit, dixi 35. dist. c. 1.
- d *Congruentem*) Quia si habuit nimis magnā coronam; signum est, quod sit conuersus, vt ext. 3. de suc̄es, ab int̄est, cum dilectus. Io.
- e *Rubeis*) Ext. 1. de vita, et honest. cler. statui mus.
- f *Deauratis*) Hęc sine licentia Principis laicus etiam habere non debet, vt C. li. 11. de v̄stib. holobaris, et auratis, nemo, tamen in v̄stib. conformabunt se consuetudini regio nis, ne videātur hypocrita. vt 30. dist. si quis viror. et dist. 4. erit, ne vilescat dignitas cleri calis, vt 80. dist. Ep̄i. de hac materia habes 21. q. 4. in summa. lo.
- g *Causa timoris*) Tunc enim monachalis ha bitus non pr̄iudicat, vt ext. 1. quod metus causa. perlatum.
- h *Nec anulos*) An per anulum probetur a liquid, vel matrimoniu, vel aliud, habes 30. q. c. feminæ.
- i *Nisi monachus*) Patet ergo, quod monachus factus Ep̄s non penitus absoluitur a regula monastica, vt notauit 16. q. 3. inuentum. licet arg. contrarium sit 18. q. 1. c. statuimus. Io.

TIT. II. DE PRÆBENDIS.

Cap. 1. Dilecto filio.

- a *Esignari*) Pure, non sub modo, nec sub condicione, similis renuntiatio fuit su. de renuntiatione. de multa. li. 2.
- b *Vicissitudine*) Arg. su. de testib. cum in officijs.
- c *Procurator generalis*) Et ideo videbatur, quod dominus contra factum procuratoris venire non debebat, vt su. de off. iud. del. cū olim. li. 2. sed tamen secus est, quia generali mandato nō videtur delegasse, nisi id, quod legitime potest facere, vt D. de condit. in debiti si procurator. et D. de his, qui in fraude credit. si pater filio.
- d *Admittantur*) Hoc omnino uidetur posse obstat Ep̄o, quod ex hibuit ei reuerentiam quasi canonico, vt su. de his, quæ fiunt a mai. par. capit. ex ore. Arg. su. de pri uil. cum olim. li. 3. Item in præsentia sua ges fit se tamquam canonicum. vnde quia eum non remouit statim, videtur ipsum appro basse. su. de paroch. coram. li. 3. C. de acquirē.

* canonicus foris

tos

posse. l. 1. C. de patria potest. si filium. 20. q. 1. quem progenitores, sed hoc poterat igno rasse de modo electionis. Præterea quia ista non faciunt canonicum, sed tantum iusta electio, vt D. de decurion. Herennius. C. de liberali cau. non idcirco.

e *Per biennium*) Arg. C. ad Velleianum. au then. siue. su. de sponsal. ad id. li. 2.

f *Legatus*) Su. de offic. leg. nouit. li. 3.

g *Contra Turon. concil.*) Su. de præbēd. maio rib. li. 1.

h *Contra Later. concil.*) Su. de cōcess. præb. non vac. li. 1. c. 2.

i *Assumi*) Su. de concess. præb. non vac. ex parte. li. 3.

k *Ius dimidi*) Vnitas enim divisionem non recipit. 23. q. 1. loquitur.

l *Communicari*) Potest tamen idem ius in solidum esse apud unumquemq. vt su. de iure patron. c. 1. D. de seruit. viii. lo.

m *Augmentare*) Su. de constit. cum M.

n *Adiecta*) Immo et si illa clausula non es set adiecta, tamen sine eius auctoritate non videtur, quod possit sine eius mandato contravenire, su. de cōfirm. cap. 2. nam vbi principes confirmat, idem est, ac si ferat sententiā. C. de veter. iure enucl. li. 1. P. sed neq. ibi omnia nostra facimus. Verius tamen credo, quod eis nō obstat, quorū fauore est confirmatione facta, quin ipsi ex suo consensu possint contravenire, nisi illa clausula fuerit apposita.

o *Intendebat*) Hęc ratio sufficiens fuit, quia pretendebat idem ius, et eandem præbendā conferre plurib. quod non valet id, quod factum est, su. de præb. tua. li. 3. sed si intendebat vtrumq. eligere in canonicum, talis elec̄to valuerit, vt su. de præb. dilectos. li. 3. quia intelligitur eos ad duo iura elegiſſe. nā ex suo consensu ius nouū creare possunt, et spirituale, sicut quādoq. sine temporali, quod est contra id 1. q. 3. si quis obiecerit. sed vnū est, quod perpetuo non potest consistere si ne eo, vnde illo mortuo, statim illud ius mor tuum est. Vnde non posset ibi peti canonica, tamquam ibi ius aliquod vacaret.

p *Non noceat*) Sic su. de fide instrumen. inter. Videtur tamen, quod causæ istorum ita sunt connexæ, quod sententia lata contra debeat obstat reliquo, sicut sententia lata contra electum nocet intruso, su. 2. q. 6. hoc quippe. et sententia lata contra electores nocet electo, su. de electione dudum. sicut sententia lata contra ordinatum nocet ordinatori, vt 81. dist. tantis. et 59. dist. ordina

LIB. III. TIT. II. DE PRAEBENDIS.

tos. sicut sententia lata pro Martino, quod sit vir Bertæ, per consequens probatum est, quod Petrus non est Martinus, vt su. de spō fal. ex parte, sed tamē hic secūs est, quod hic nō agitur de iure alterius, sed in p̄emissis casib. agitur, sic su. de adult. significauit. li. 1. D. de adulter. denūtiasse. Sed quid si poslea agitur contra secundum, et ille secundus oppo nit, nūquid hoc proderit priori, et retractetur? sententia lata pro vno ex socijs prodest om̄nib. vt 2. q. 6. P. diffinitiuā. vt est anti quū. D. si seruitus vindicetur, loci. P. secūdo. sed nō est ita, quia illud opponit, cum nō p̄cessit sententia contra vnum.

Cap. 2. Dilecto fi.

M *Onuiffet*) Numquid eo ipso, quod monitus noluit eligere, poterant alij elige re ipso iure? Videtur, quod sic. vt su. de elect. quod sicut. li. 3. et cum nobis. maxime cum hora suspecta sit in electione. ut su. eod. cum inter. li. 3. et res est talis, quæ non capit dilationem. su. vt lite non contest. quoniā. Econ tra videtur, quod reneatur expectare v̄sq. ad finem sex mensium. arg. 2. q. 6. appellato re. et su. de off. de leg. cōsuluit. li. 3. et v̄sq. ad tempus, quo desinūt posse eligere, vt D. de verbor. obligat. insulam. nam cum adhuc aliqua superest dilatio, non videtur esse in mora ad instar absentis, qui exspectatur, v̄sq. prope finem triennij. C. de iudic. prope randum. P. huius. ad hoc arg. D. de excus. tutor. non tantum. in principio. nam et tutor, qui spectat contutorem suum uenire nolentem, non vt. tur. precib. suis. præcipiti festinatione, sed moratoria cūtatione. D. de ad ministr. tutor. qui. P. 1. immo videtur, quod per totum tempus sex mensium non sit in mora, ad instar debitoris, cuius arbitrio totus vltimus dies cedit, vt inst. de verbor. oblig. P. 2. et arg. ad hoc su. de appell. personas. li. 1. et ita videtur, quod non interest siue in continentia sex menses, siue in continentia post sex menses fuit + electio. arg. D. de verbor. oblig. qui autem. et D. de verbor. signif. ubi. sed hęc antea non proficiunt, vt patet ex hac decretali; et quia mora in electione suspecta est, vt dixi; et quia per alterius negligientiam nō debet alterius ius corrumpi. D. de liber. causa. si pater. et quia vitium alienæ cessationis ad dispendium tuum pertine re iuris ratio non patitur. vt C. de administr. tutor. li. 1.

b *Criminibus*) tantis. su. 81. dist. canonici s. c *Vinculo excomunicac.*) Su. de x̄tat. et qual. cum bonę. li. 2. su. de cler. excom. ministr. po-

stulasti. su. de elect. coram. li. eo. lo. d *Non consueta hora*) Su. de elect. in causis. li. 3. su. de appell. qua fronte. li. 1. su. de elect. venerabilem. li. 3.

e *In capitulo*) Su. 2. q. 2. p̄ceptum. contra 23. dist. in nomine.

f *Quibusd. laicis*) Hoc nō fuit vbi * , 63. dist. Hadrianus.

g *Instituerat in Cāorem*) In hoc falso sug gessit, quia Archieps eum instituerat.

h *Desua electione*) Su. de sent. et re iud. cleri ci. li. eo.

i *Peremptorie*) Quod esse non debet, nisi ex causa, vt su. de dolo. dilecti. li. 1. et su. de in integr. rest. cum ex officij. in fine.

k *Consanguinitatis*) De hac materia dixi su. de off. de leg. cum olim. li. eo.

l *Poſt elapsum*) Hic patet, quod mora nō pur gatur, su. de suppl. negl. prælat. licet. li. eo.

m *Impedire*) Vbi ergo poterit electio nul + prior la est, non impedit, quin post illam possit ce forte lebrari, su. de elect. cum Wintoniēlis. arg. cōtra su. de elect. bonę. li. eo. lo.

Cap. 3. Vacante.

T *Vnon statuta*) Su. de præb. maiorib. li. 1. b *Inegrare*) Sed quare tenetur integrare, cum talis electio nulla fuit, ut su. eo. dilecto. Respondeo, isti fuerunt simpliciter electi, et ideo tenuit electio, licet non valuerit talis as signatio, vt su. de præb. dilectus. li. 3. vel dic, quod licet non valuerit talis electio, Ep̄s tamen tenetur integrare præbendam, cum ipse nō posset talem donationē, quā ipse fecit, reuocare, su. de donationib. inter. li. 3. su. de cōcess. præb. nō vacat. c ūpro quæstione.

c *Costitute*) Hic patet, quod de vna præbēda poslunt fieri duæ, et secundum hoc erunt i

bi duo noua iura; sicut una ecclēsia potest diuidi in duas. 16. q. 1. præcipimus. su. de ecclēs.

z dif. ad audiētiā. li. 1. et de vno fundo, duo fundi. D. communia prædior. si quis duas. Io.

Cap. 4. De multa.

J *Psi iure priuatus*) Idem est in præbenda, ut ext. 3. de concess. præben. non uac. litteras. et intellige, si prius sufficiens beneficium ha buit, vt 10. q. 3. vniō. et in alijs quinq. casib. qui notantur et. q. 1. in summa.

b *Retinere contendere*) Ideſt, contentioſe vo luerit illud in iure retinere, si enim ante li tem contestatam ei renuntiauerit, curiat hęc poenam, sicut est in alijs statutis sub poena.

c *Vinculo excomunicac.*) Su. de x̄tat. et qual. cum bonę. li. 2. su. de cler. excom. ministr. po-

ddd post

c Post receptionem) Fallit hoc in Episcopatu, quem recipiendo non statim perdit quis priora beneficia, nisi post tempus consecrationis, ut ext. i. de elect. cum in cunctis. nec sola receptione perdit, nisi sequatur translatio, ut 21. q. 2. si quis. tamen dico, quod licet eligitur habens quis plura stipendia, siue ad maiorem, siue ad minorem dignitatem, sed * sed recipiendo aliud perdit prius. * iura videbatur ineligibilis, qui haberet tale stipendium, ut ext. i. de præb. quia, nisi sequatur translatio, ut 21. q. 2. si quis.

d De suis cogatur) Si propria habet, alioquin delictum eius redudaret in damnum ecclesie, ut ext. i. de appellat. reprehensibilis. 16. q. 6. si Ep̄m. sed si non habet propria, puniatur alia poena, ut 16. q. 6. illud. et infra de sent. excom. sub interminatione. lo.

e Ut in eadem eccl. Nota, quod non facit hic mentionem de præmissa poena, vnde licet in eadem eccliea recepit quis plures dignitates, nō ideo perdit priorem dignitatē; quia poenæ sunt potius artandæ, quam ex tendendæ, ut de pénit. dist. i. poen. D. de pénis. interpretatione. et rationem huiusā dicam.

f Litteratas personas) Hic magis habetur ratio litteraturæ, quam bonitatis in dispensatione optimenda; alias bonitas præfertur literaturæ, ut 38. dist. sedul. lo.

g Per sed. Ap.) Numquid ratione huius verbi intelligis Ep̄is præclusam esse viam + dispensandi circa pluralitatem stipendiiorum; cū a canone antiquo hanc habeat potestatē, ut 70. dist. sacerd. et sicut Papa habet potestatē circa Ep̄atus, sic Ep̄i circa ecclesiæ, ut ext. 2. de excel. prælat. sicut vñire, nec credendū est Papam velle aliorum Ep̄scoporum iuria diminuere, ut 99. dist. ecce. et cap. nullus. et si cuilibet Ep̄scopo sua potestas non seruatur; quid aliud est, quam quod ecclasticus ordo confunditur? ut 11. q. 1. peruenit. in fine. et quidquid facit Papa, semper intelligitur sine præiudicio aliorum facere, ut 9. q. 3. nunc uero. C. de emancip. lib.

+ inde nec auus, nec enim + debet nasci iniuriarum accusatio, vnde iura prodierunt, ut ext. 3. de accusat. qualiter, neq; credendum est, quod Romanus Princeps vno verbo velit iuris obseruantiam subuertere, ut C. de inoffic. testam. si quando, nec obstat, quod hic dicitur per sed. Ap. quia omnis dispensatio, quæ sit, per ipsam sit. et similes modos loquendi sa-

pius inuenio. nam metropolitanus suo iure potest consecrare Ep̄m, et tamē canon dicit, hoc auctoritate sedis A. apostol. ipsum facere, ut 64. distin. ordinationes. simile est ext. 1. de offic. Archid. c. ult. item non dicit hic solum Papam posse dispensare: sed simili ceter dicit Papam. sed aliud est dicere solum Ep̄m, aliud Ep̄m dicere simpliciter, ut ext. 3. de testamen. requisisti. similiter canon dicit, quod omnis oppressus appellat ad sed. Romanā. ut 2. q. 6. ad Romanā. nec ideo excluditur, quin ad alios possit appellari. Itē per illa verba sibi Papa specialiter nō referuat hāc potestatē; ergo et alijs permittitur, ut ext. 3. de sent. excom. nuper, et nisi expresse corrigitur vetus ius, manebit vetus cū nouo, ut C. de appellat. præcipimus. in fine. et quotiens noua actio inducitur, vetus non tollitur, nisi hoc expressim dicatur, ut D. de actionib. et obligat. quotiens. Præterea Ep̄i habent potestatē dispensandi circa longe maiora his, ut ext. i. de iudic. at si clerici. et quæ illa sint nota i. q. 7. P. nisi. Econtra uidetur, quod Ep̄s non habeat potestatē dispensandi circa hoc, quia per canonem La teran. Ep̄scopus priuabatur potestate cōfendi beneficiū, qui id + cōferebat habēti a illud, ut ext. i. de præb. quia. Patet ergo, quod non potuit dispensare. Item cum hic Papa tantum exprimatur, ergo alij non possunt, ut arg. 95. dist. illud. Quod enim de vno diciatur, de alio negatur. 25. dist. qualis. et sic argumentatur Innocentius ext. 3. de his, quæ sunt ab Ep̄scopo cap. i. in fine. sic D. de cōdicio. et demonst. cū ita. Ad hoc dico, quod hodie adhuc eandem habent potestatē Ep̄i, quam antea habuerunt in dispensando, nec aliquis Ep̄s hanc habet potestatē, ut possit dispensare in hoc, quod aliquis plures ecclesiæ habeat, tamquam intitulatas in diuersis Ep̄scopatib. nā in hoc casu sequetur impossibilitas iuris, quia qua ratione talis clericus deberet ordines recipere ab vno, et ab alio, et æque cogeretur stare mandato unius, ut alterius; cū mādata forte sint aduersa, et ille iurauit obediare vtriq. Ideo + ex hoc sequeretur, quod unus ordinaret clericū alterius sine dimissorijs litteris, et nemo potest duob. dominis seruire. hanc impossibilitatem iuris solus Papa potest operari. Vnde si Papa alicui concedit, quod habeat titulum in diuersis ecclesiæ; hoc ipso dedit ei potestatē sumendi ordines, a quo velit, dum tamen

tamen quandoq; suinat ab vno, quādoq; ab alio; sicut quandoq; faciet residētiā in una præbenda, quandoq; in altera, vel occupantis condicō erit ibi melior. Possunt ergo canonici adhuc dare alicui canonico aliā præbendam, vel ecclesiam, non ut habeat illam pro titulo; quia hoc solus Papa potest, sed ut habeat eam pro beneficio, ut 16. q. 1. possessio nes. et. q. 6. illud. si tamen quis recipit secundam ecclieam pro titulo, non statim eo ipso perdit primā, nisi se transferat ad secundam, ut 21. q. 1. si quis iam translatus, et etiam intellige, quando recipit secundam de auctoritate prioris Ep̄i; alioquin si eo irrequisito reciperet secundā, adhuc posset reuocari a priori Ep̄o, ut 7. q. 1. non oportet. et cap. si qui vero, et sic patet, quod ipso iure non perdit primam, nisi velis dicere, quod perdidit eam quantum ad se, non quātum ad Ep̄m. non sufficit ergo recipere secundam, nisi adipiscatur possessionē illius, ad hoc ut perdat primam, ut 92. dist. si qui Ep̄i. sed si quis in eodem Ep̄atu recipit plures ecclesiæ, hæc constitutio nō extendit ad ipsum; quia ex hoc non sequitur repugnantia, cum semper maneat clericus vnius, et eiusdem Ep̄i. si quis ergo vult recipere ecclieā in alio Ep̄atu, protestetur hoc, quod recipit cā quasi commendatam, vel recipiat eam sub hac condicōne, si Papæ placuerit; vel si Papæ non placuerit, substituatur ei alter, ut 61. dist. studii. P. finali. Mihi quandoq; Papa Innocentius dixit, quod talis elecō non valeret, eligo istum, si Papæ placuerit; non magis, quam si diceretur, cognosco vxorem illius, si placuerit viro. Vel facias vim in eo, quod dicit majorib. ut Papa dispenset de maiorib. dignitatib. Ep̄i de minorib. vel dic, quod præcluditur hic Ep̄i tantum uaga, et indiscreta dispēfatio, non utilis, vñ necessaria; sicut per remotionem appellationis nō excluditur probabilis, vel necessaria appellatio, vel quæ inuenitur scripta, ut ext. 3. de app. pastoralis. sic uides, quod cum prohibemur iurare, intel ligendum est de temerario, et indiscreto iumento, ut 22. q. 1. cap. 2. et est simile 33. q. 2. quos Deus. sic uides, quod si Ep̄s promovet indignum, licet dispensare possit cum ipso: tamen punitur. ut 51. dist. qui in aliquo. nec est alia ratio, nisi quia indiscrete dispensat, ut 81. dist. quicumque. hoc potest probabilit̄ sustineri, et est bonū arg. ad hoc 50. dist. ut consitueretur. Io.

Cap. 5. Graue nimis.

Diligens inquisitio³) Cum de hoc fama præcepsit, nam aliter nō habet locum inquisitio. vel dic, quod semiplene fiat inquisitio, ut su. in constitutione illa, sicut olim.

b Secundam correctionem) Cum ergo Ep̄s se possit in hoc casu corriger, videtur, quod non eo ipso, quod conferit beneficium indigne, perdit illa uice ius cōferendi. et sic est cōtra su. eod. nihil est. sed illam constitutionē intelligas cum dicto ihsus.

c Instituta) Sed quare præiudicat hoc absen tib. non uocatis, cum res inter alios aucta alijs non præiudicet, ut ext. 3. de fide instr. inter. et est contra regulam illam, ext. i. de adulter. si gñificasti. D. de adulterijs. denuntiass̄. sed istud est propter causæ connexionem. quia ita est connexa causa ordinatoris, et ordina ti; ut si vñus fuerit conuictus, et alter, ut 81. dist. tantis. in fine. et 3. q. 6. hoc quippe. sic ext. i. de sponsal. ex parte. lo.

Cap. 6. Extirpandæ.

T Riturantis²) 13. q. 1. P. item non alliga tis.

b Assignetur sufficiens) Id est, quæ sufficiat sibi, et iuis, ut 50. dist. studi. et vnde honeste, et sufficienter se potest procurare, et recipere hospites, ut ext. i. de præb. c. vlt. tamen hæc sufficientia perpenditur ex qualitate personarū, quia minus debet sufficere pauperi, quam diuini, ut 41. dist. non cogantur.

c Diferentia in ordine) Ut 24. dist. presbyteri. Sed ideo dicit hoc, quia si eccliea sufficit pluri. potest etiam in minori ordine ministra res eccliea, et habere secū aliū, qui in ordine sacerdotali ministret. secus si sufficit tā vni, ut ext. i. de ætat. et qual. præterea.

d In maiori eccliea) Hic manifeste videtur, quod non potest quis habere simul præbendam, et ecclieam, quod concedo, si vtramq; velit habere, quasi titulum.

e Et perpetuum) Eo ipso est perpetuus, quod de auctoritate Ep̄i est institutus, ut ext. i. + 2. de off. vicarij. ad hoc.

f Pro beneficio conferre) Hoc enim in posterū posset esse perniciōsum eccliea, ut ext. 2. de arbitris. peruenit. lo.

Cap. 7. In Later.

C Onclio²) Ext. i. de iure patron. quod au tem.

b Temporalibus Qualiter hoc intelligatur, ha bes 16. q. 2. sante. ext. i. de capel. monach. in ec clesijs.

COLLECT. IV. SCHOLIA.

clesijs.Ioan.

TIT. III. DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ECCLESIAE NON VACANT.

Cap. 1. Accedens.

Cum in multis³) Generalior est enim ista concessio, cum potero, quam ista cum vacabit; et tū in una priuissione contingit ita exspectare mortem alterius, sicut in altera: nam possunt aliqui iuste priuari ecclesijs, aliqui renuntiant ecclesijs. Itē quia possunt alii adiungi tamquam socij in ecclesia; item de una ecclesia tū possunt fieri duæ, et sic nō est timor, quod speret mortē proximi, quod fuit causa prohibitionis, vt su. eo. c. 2. l. 1. Sæpe enim permittitur aliquid in genere, quod non permittitur in specie, vt 13. q. c. non æsumemus. 23. q. 4. nō potest. et D. de quæstion. n. l. 1. P. quæstionem. eodem modo videtur, quod hęc promissio teneret; promitto tibi ecclesiasticum beneficium; cū ipsa sit generalis.Io.

Cap. 2. Postulastis.

Sed et canonici³) Hic manifestebus, quod non devolvitur ius a capitulo ad Episcopum, ubi Episcopus est unus eligentem; vt de hac materia plene sum executus su. de off. ord. in refragibili. Sed qualiter potest Episcopus sedere in capitulo, quasi canonicus? nam quam cito fit Ep̄s, vacant omnia priora beneficia, su. de electi, cum in cū elisi, et nuniceps definit esse, senatoriam adeptus dignitatē, vt D. de verb. significat. si municeps, nec potest dici, quod postea possit eligi in canonicum, quia secundum hoc oportet ipsum confirmare suam primam electionem, quod esse non posset, su. de institutionibus, cum ad nostram. l. 3. Sed dices, quod licet dignitates priores perdat, ius tamen canonici retinet, non tamen, quod prius habebat, sed scilicet quod consuevit Episcopus habere per vicariū: et eo ipso, quod quis eligatur in Episcopum, eligitur ad tale ius canonici. sed fortius obicio, si Ep̄s eligitur, quasi canonicus de novo electus, ergo in eligendo primam uocem non habebit, vt de hoc dixi su. de off. ordin. in refragibili. Resp. illud ius canonici, ad quod electus in Episcopum est, est privilegium, et excedit alia iura. et hoc ideo, quia istud ius annexum est Episcopali dignitati, et ratione connexionis sāpe sortitur: aliquis privilegium, vt 18. q. 4. si quis contumax. D. de rei vindic. quæ religiosis.

b Dolus es) Si ergo capitulū procurāte Episcopo infra semestre nō eligit, nō obserit hoc

capitulo, ut hic dicitur; quia illud tempus restituendū est eis. D. ex quibus causis maiores, ait Prætor. P. vlt. et l. sed et si. P. hoc quoqua. et su. de in integr. restit. ex litteris. lib. 3. secus si dolo alterius factū esset, tunc ageretur contra illum, qui dolum fecit. D. de do. arbitrio. P. penult. Io.

Cap. 3. Accedens.

Nuntium suum³) Hæc ratio hodie non excusat, su. de appell. vt debitus. l. eo. b Admissus) Videtur, quod electus a canonicis potior esse debet; quia prius erat electus, quod hæc potuit fieri. Vnde proxime vacans, prius ei assignanda est. c Publice) Hic videtur, quod si aliqua exceptio obicitur electo, nisi electus sit publice in famatus de eo, quod obicitur; quod differenda sit exceptio, donec electus sit admissus. sic supra de appell. constitutus. in fine. l. 3. sic C. de falsis. l. 2. sic C. de edicto D. Hadriani. l. 2. licet secus sit in teste su. de testib. super eo. l. 1. Itē contra 81. dist. tātis. v. primodixi. d Perpetuum silentium) Super præbenda, nō super illis, quæ prius habuit. su. de electione per inquisitionem. su. de accusat. super. l. 3. e In expensis) Nā quia exceptionē, quæ obicit, non probat; in expensis est condemnandus. su. de except. pastoralis. l. 3. su. de dolo, fine lib. l. 3.

Cap. 4. Dilectus f. G.

Reciperenti³) Nota, quod consideratur tēpus receptionis litterarum, sic su. de solo comp. licet. l. 3. sicut in litteris, quæ impenetrantur contra usurarios. Quandoq. licet tēpore oblati libelli non recte agat, si tamē postea incipit ius competere, percipi potest in dictu. vt D. de p̄g. act. si rē quamlibet. D. de rei vind. si autem. P. primo. D. de inoff. testa. si non. P. vlt. Arg. cōtra quia tēpus dat⁹ est cōsiderādū su. de rescript. cā te. l. 2. Itē arg. cōtra D. ad exhibēdū tigni. P. vlt. Itē est hic argumētū, quod si index tēpore impenetratio nis litterarū sit excommunicatus, et tēpore receptionis sit ab solutus, quod valēt litteræ tales. Arg. su. de appell. super eo. su. de rescript. pastoralis. l. 3. D. de iudicij. cū furio. sus. arg. su. de crat. et qual. præterea. D. de adqu. hered. l. 3.

TIT. III. DE HIS, QVAE FIVNT A M AIORE PARTE CAP. I V L I .

Cap. vn. Ex parte.

Fabricam³) Licet enim solus ille teneatur ad restitutioñem fabricę, qui partem deputatā fabricę recepit, ut 10. q. 3. vniō. et q. 1.

LIB. III. TIT. IX. DE DECIMIS.

a decernimus. tamen et alij conferre tenentur. 16. q. 1. si monachos. su. de eccles. cōfis. c. vlt. Ioan.

b Negligatur) Sic su. eod. cum in cunctis. lēt.

TIT. V. DE REB. ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

Cap. vn. Cum laicis.

Cum laicis³) 96. dist. bene.

b Principes seculares) Nota, quod laici principes possunt dare priuilegia ecclesijs. vt 16. q. 1. generaliter. 17. dist. P. hinc etiam. et ext. i. de immunit. eccles. non minus. immo vt videotur, possunt dare priuilegia libertatis, vt 63. dist. in synodo. ext. 3. de in integr. restit. audit. arg. contra 10. q. 1. nouerint.

c De alienatione feudorum) Ext. 3. de constitut. quæ in ecclesijs.

TIT. VI. DE FIDEI VSSORIB.

Cap. vn. Quod quibusdam.

Munno accipiat³) Nec clericus, nec monachus fideiubere potest, vt 11. q. 1. sicut. et ext. i. de fidei vssorib. clericus. nisi necessitas sit. tunc tenetur ex pietate subuenire alij. vt 86. dist. non satis. sed pro ecclesijs suis possunt fideiubere, ut hæc dicitur, et in authen. de sanctiss. Ep̄s. P. alium. Item inter se possunt, fideiubere, cum conueniuntur, vt C. de Ep̄s. et cleric. omnes. P. in hoc. Item nec adstrictus curia potest fideiubere, vt C. locati curiales. Io.

b In utilitatem domus) Sed nec tū agitur ex illo contractu, cur ille nullus sit, sed actione de in rem verso.

TIT. VII. DE PIGNORIBVS.

Cap. vn. Significante.

Recolligeret³) Id est, redimeret.

b Per certum) Ergo non imputatur domino malitia nuntij, vel procuratoris; si modo credetatur ideoneus, vt hic, et D. commodati argentum. sic C. qui petant tut. cum a matrib. arg. contra su. de off. deleg. cum olim. l. eo. et D. de prescript. verb. apud. P. vlt. et 3. q. 7. in grauibus. Io.

c Legis commissorie) C. de pactis pign. l. 1. et 2.

d Vel iuramento) Arg. contra su. de iure. cum contingat. lib. cod.

TIT. VIII. DE SEPVLTVRIS.

Cap. vn. Sincerum.

Per enitem³) Bene potuit esse pænitens, et tamē eici extra coemeterium, vt torneato

res, vt su. de torneam. cap. 1. ut latro, qui in fine pænituit, sed non satisfecit, vt su. de raptorib. super eo. vel forte fuit interdictus, a lias pænitenti, cui datur eucharistia, dabatur etiam sepulta, vt 13. q. vlt. cap. vlt.

TIT. IX. DE DECIMIS.

Cap. 1. Cum contingat.

Proprijs manib.³) Expressius dicit hæc decrecalis, quā alia, quod si res aliqua transit ad priuilegium, quod censetur iure priuilegiati. istud tamen corrigitur infra codē nuper.

b Ab antiquo) Forte ex præscriptione, vt su. de præscr. ad aures.

c De iure communī) vt 16. q. 1. statuimus. et cap. de decimis. nō ergo spectat ad Ep̄m. unde in decimis parochialis ecclesiæ dico Ep̄m non habiturum aliquam portionem; et capi tula illa, quæ dant Ep̄o partem decimarum, loquuntur de decimis Ep̄icopalibus ecclesijs. 16. q. 1. quicquam.

d Noualium) Su. eod. ex parte. l. 3. contra. sed ibi loquitur, cum aliquis ex priuilegio habet decimas, in quo casu intelligitur etiā habere decimas noualium. vt infra de priuilegijs, quia, sed hic loquitur, cum habet ex præscriptione, et sic intelligas, quod est infra eod. cap. prox. Io.

Cap. 2. Cum in tua.

Et minutis³) Ut pastus tū animaliū, ligna. tū param. tū non

b De iure censeri) Sic 12. q. 2. cognouimus. in forte fra de priuileg. quia. D. de usucap. cum qui. tū exci. D. de pecul. hinc queritur. P. primo, contra: tata for vbi habes, quod peculum quandoq. dupli ci iure censetur.

c De iure communī) Su. cap. proximo.

Cap. 3. Dudum.

De iure communī) 16. q. 7. omnes.

b Probare) Hic manifeste videtur, quod aliquis tenetur probare titulum, su. de probat. licet. l. 3. et su. de præscript. si diligenter. nam cum secundum canones longa, et longissima præscriptio non differant, sed in longa præscriptione oportet probare iustum titulum, ut C. de præscript. longi temp. diutina. et C. de usucap. pro herede. l. vlt. ergo et in longissima secundū canones. et est istud cōtra id, quod dixi su. de præscr. quoniam. l. eo. nā ibi dixi, quod etiā erroneous titulus præstat

ddd. 3 cau

COLLECT. IV. SCHOLIA.

causam præscribendi, et hic non sufficit probare titulum talem. Item et est istud cōtra id, quod dici consuevit, quod sufficit allegare titulum, sed non oportet probari. sed dici potest, quod isti suspecti erant; vnde oportebat eos probare titulum, et etiam iustum titulum. Ioan.

c) *Memorati*) In parte capituli, quæ hic nō est.

d) *Confirmatam*) Quia licet donatio fuit inuidata: tamen ex confirmatione Principis potuit habere robur, vt 16. q. 6. si Episcopum. su. de transact. c. 1. in fine. li. 1. D. de adopt. adoptio. Io.

e) *Laicis*) Vt 16. q. 7. si quis deinceps.

f) *In constitutione*) Su. de donat. pastoralis. li.

g) *In privilegijs*) Su. de privilegijs. si de terra.

h) *XL. annorum*) Su. de præscr. de quarta.

i) *Et alijs*) 1. q. 7. Daibertum. Su. de dote post diu. t. restitu. nuper. li. 3.

k) *Nullatenus derogetur*) Numquam enim intelligitur derogatum iuri alterius, nisi hoc exprimatur. 8. 5. dist. Florentinum. 90. dist. ecce.

Cap. 4. Tua, et infra.

Tua.^a) Hoc caput est pars illius su. eo. tua. li. 3.

b) *Sed potius restringenda*) Sic su. de rescript. nonnulli. li. eo. quia odia restringēda sunt, fauor ampliandus, D. de liberis, et postum. cū quidam.

Cap. 5. In aliquibus.

C) *Oppellantur*^a) Pactum enim non nocet ecclesiæ, quin a qualibet possessore possit petere decimam, vt ext. 3. de decim. pastoralis. infra eo. pleriq. su. de pactis, pleriq. D. de pactis, inter. D. de institor. si cum vilico, sed si possessor recipit partem fructuū, et dominus partem; vterq. conueniens est, vt ext. 3. eo. cap. 1. et 2. lo.

b) *Ex loci consuetudine*) Sic ergo attenditur consuetudo loci in soluendis decimis, nec mi-

rum, cum etiam consuetudo attendatur in baptismo, ut de consecrat. dist. 4. de trina. et in matrimonio, vt ext. 1. de cogn. spirit. cap. 2. Item in continentia clericor. vt 84. dist. cū in præterito. et que punitur prævaricator consuetudinis, ut prævaricator legis, vt 11. dist. in his reb. et istud intelligo de consuetu-

dine approbata a Papa, alias non valet consuetudo, quantumcumq. longa, quæ absq. peccato mortali nō potest seruari, vt su. de præscriptionib. quoniam. verum capitulum dicit, qui minus plene dedit decimas, modo emendet. ut 16. q. 7. quicunq. quia præscriptio non habet locum in decimis, vt su. de præscr. cap. vlt. multo minus consuetudo, vel intellige de illa consuetudine, de qua dicitur ext. eo. c. vlt. vt ista cōsuetudo in præscriptionib. decimā licere videatur, quod ille iure duino debuerit, 23. q. 5. dicat. Io.

Cap. 6. Cum non sit.

P) *Recedat solutio decimar.*^a) Sed quid refert siue præcedat, siue sequatur, cum et colonus pro sua portione, et dominus pro sua præslet decimas? vt ext. 3. † eo. cap. 1. et 2. + 1. ap. Resp. hec vterq. conueniri possit; melius, et commodius est ecclesiæ conuenire vnum; + Talinn quan spargere accusationem in plures, vt D. de exercit. 1. 1. P. vlt. et 1. sequenti. distinguunt tamen quidam, quod si dominus aliquotam partem habet fructuum pro censu, vel pro tributo, vt tertiam, vel quartā; in eo casu si primo res tota est decimata, postea + tertia non est pars domini decimanda. Si vero certam partē dominus recipit, ut duos corbes vini, vel frumenti; vt tunc postquam totum est decimatum, etiam decimetur pars domini, quia domino ex priori decimatio ne nihil minuitur, sed in priori casu minuitur. sed hoc obuiat regulæ, quæ dicit, quod bona fides nō patitur, vt idem bis exigatur, vt D. de regul. iuris. bona fides. secus tamen dico, ubi aliquis ex causa lucrativa rem pos sident, vt donatarius, et legatarius nam ibi res eadem secundo decimatur ratione lucri, vt ext. 3. eo. pastoralis. et ext. 2. eo. non est. Idem dico, vbi extraneus instituitur heres, sed si a liquis ab intestato succedit ibi, non decimatur, quia ibi est hereditas debita iure naturæ, vt D. vnde liberi. scripto. P. vlt. Io.

b) *Cum onere*) D. de contrah. empt. alienatio. Ioan.

Cap. 7. Nuper Abbates.

C) *Opponendum*^a) Sic ergo sacerdos potest componere cum aliquo super decimis, ut ext. 1. de decim. ex multiplici. hæc tamen compositio tātum personalis erit, nisi sit cō firma

LIB. II. TIT. XII. DE STATV RELIGIOSOR.

firmata auctoritate Papæ, vt ext. 2. de transact. veniens. sed numquid Cistrenses, vel alij monachi non habentes populum possunt præscribere decimam? non videtur, cum decimam de iure habere non possint, vt 16. q. 1. peruenit. ergo non possunt eam præscribere, vt ext. 1. de præscr. c. vlt. Videtur tamen hic, ex quo nomine compositionis eas habere possunt, quod etiam eas possint præscribere. Io.

TIT. X. DE REGVLARIB. ET AD RELIGIONEM TRANSEVENTIB.

Cap. vn. Postulaisti.

P) *Rudentia*^a) Hic canonizatur opinio H. qui dicit, quod sicut doli capax potest se obligare diabolo, vt ext. 1. de delict. puer. pueris, sic Deo, et sicut in matrimonio carnalim malitia supplet etatē, vt su. de desp. impub. manfestæ. sic in spirituali. contrarium tamen conuenit dici ab alijs, vt notau. 20. q. 1. in summa.

b) *Abq. protestatione*) Hic habes, quod nisi ingrediens protestetur, quod animo probā diūtret, præsumitur intrare animo manendi. simile li. eo. consulti. li. 3. sic su. de testib. presentium. D. de negot. gest. Nesennius. Ioan.

TIT. XI. DE CONVERSIONE CONIVGATOR.

Cap. vn. Accedens.

P) *Rocessu uero temporis*^a) Sed non ne per spatiū sequentis temporis videtur mulier ratificasse ingressum viri, arg. su. qui clericis, vel vouent. insinuante. li. 3. cum enim per aliquantulum temporis post ingressum viri tacuerit, non videtur, quod postea audiatur. arg. su. de sponsal. ad id. li. 2. su. de frigid. et maleficiat. cap. 1. Resp. sic. et ideo Papa distinguunt in fine, an fuerit senex, vel iuuenis. nō videtur necessaria distinctione, cū talis licentia nulla fuerit, siue fuerit senex, siue iuuenis, vt 33. q. 5. notificasti. sed si esset iuuenis, tūc non ratificatur ingressus per patientiam sequentem, cum nec expressam querat dare licentiam, nisi intret religionem. sed in sene sufficit, quod uoueat continentiam ad hoc, ut vir possit intrare religionem. su. eo. cum sis præditus. li. 1. varias autem opiniones trastare consueimus 27. q. 2. Agathosa. et 33. q. 5. qui vxorem.

b) *Illiustatis*) Videtur hic, quod si mulier est vetula, sufficit qualiscumq. licentia ad hoc, vt ipse teneatur stare in religione, et ipsa teneatur continere. Arg. contra 33. q. 5. notificasti. quia ibi dicitur, quod coacta licentia nulla videtur, sed expone causam dicti, vt iam dixi, quia per patientiam sequentis temporis, videtur violentia profugata.

TIT. XII. DE STATV RELIGIOSO RVM.

Cap. i. Cum nobis.

I) *Nde remotis*^a) Hic videtur, quod si monasterium monachorum non potest refor marni nisi per canonicos, quod Episcopus possit ibi instituere canonicos. Sed si monachi enomiter viuant, non ideo Episcopus sua auctoritate potest ibi instituere clericos secularares, nisi hoc faciat auctoritate Papæ. ut su. no. clerici, vel monachi. cap. penult. li. 1. nisi ita sit, quod aliqui non inueniantur de ordine illo, vt su. de relig. domib. inter. li. 3. Alter ergo de monasterio non potest fieri secularis ecclesia; tamen de seculari ecclesia potest fieri monasterium, vt su. de eccles. ædific. ad audientiam. li. 2. et 16. q. 7. si quis vult. Ioan.

Cap. 2. In singulis.

S) *Alio iure*^a) In visitationib. procuratio nib. et correctionib.

b) *Non consuerint*) Per hoc videtur, quod etiam Abbates exempli teneantur venire ad tale capitulum.

c) *A. hoc aptum*) Idest, vt habeatur ratio distantiæ, ut 63. distin. cum longe.

d) *De ipsis*) Idest, de capitulo.

e) *Ac ipsi unj.*) Quid iuris sit, si isti quattuor discordant in pari, vel impari numero: habent distinctum 2. q. 6. P. est autem quādoq. et P. itē si plures. videtur tamē, quod isti nō sint delegati, sed potius quod potestas eorū detur ordinaria, et secundum hoc si dissentient in pari numero, tēnet sententia illorū, qui absoluunt, ut D. de re iud. inter pares. Ioan.

f) *Excusatione*) Videtur per ista tria verba reo subtrahi omne auxilium nō tantum ap pellationis, sed etiam recusationis, vel supplicationis. Quia cum capitulum elegerit illos duos Abbates, certum est, quod illos nō potest recusare, vt 3. q. 3. offeratur. Ergo vide ddd 4 tur,

st. Ioan.

Cap. 2. Dolentes.

S Incopa³) De consecr. dist. 4. rettulerunt.

TIT. XVI. DE BAPTISMO, ET EIVS EFFEC-

CTV.

Cap. 1. Licet.

R Euertentes³) De iure enim ecclesia Græ

corum est subiecta Romanæ ecclesiæ,

vt 24. q. 1. rogamus. lo.

b Et adhuc, scit) De consecr. distin. 1. perus-

nit. lo.

Cap. 2. Statiuimus.

S Statuimus³) De consecr. dist. 1. peruenit. Jo-

an.

b Granioris) Arg. quod propter culpam tene-

tur quis ad omnia illa, quæ se quuntur ex illa

culpa. 31. q. 2. de neptis. 1. q. 1. placuit. ext. 2. de

homicid. inspectis. arg. cōtra 15. q. 1. inebria-

uerunt. et D. de furtis verum. Ioan.

TIT. XVII. DE INMVNITATE ECCLESIAE,

ET EIVS ORNATV, ET REVERENTIA RELI-

QVIAR.

Cap. 1. Relinqui.

C Lericis ecclesiæ³) In ecclesijs tamen iudi-

cari potest, et debet, vt 2. q. 2. præce-

ptum.

b Dimittunt in cultas) De consecr. dist. 1. vesti-

menta.

TIT. XVIII. DE CENSIBVS.

Cap. 1. Super quibusdam.

A Ibergarias³) Nā nec patroni, nec aduo-

caci ecclesiæ aliquid possunt petere a clericis, nisi ab Episcopo fuerit institutum.

su. de iure patron. preterea. li. 1.

b Liberalitate) Nam in necessitate nemo li-

beralis existit. D. de adimen. vel retiner. lega-

tis. rē legatā, tamē eatus tenuit remissio,

quatenus tenuit obligatio. su. de appellat.

ad præsentiam. li. 1. 16. q. 1. frater noster. D. de

remission. li. vn. alias nulla fuit obligatio, vt

D. de verbis. obligat. dotem stipulatus. tamē

quandoq. id, quod nullum est, confirmatur

per

COLLECT. IV. SCHOLIA.

tur, quod nec illos recusare possunt, quos ipsi Abbates eligunt. Tamē videtur, quod si aliquis de capitulo a principio contradiceret, et ostenderet iustia causam; quod eslet audiendus; et hoc innuitur, cum dicit, absq. contradictione, et hoc ideo dico, quia expreſſe numquam potest inhiberi † recusatio, vt C. de senten. et interlocut. l. vlt. lo.

g. Ac appell.) Prohibita enim est appellatio regulanb, in correctione, vt ext. 1. de appell. reprehensibilis.

h. Proportionaliter) Idest secūdū diuitias cuius libet, sicut in navi fit collatio secūdū proportionem, et secūdū estimationē rerū, vt D. ad legem Rhodiam l. 2. P. iacturæ. in princ.

i. Singulas Abbatias) Ergo et exemptas.

k. Vice nostra) Numquid ergo si Ep̄s loci vult visitare locum eundem, præponeat illo: visitatio suę, cum illi vice maioris visitet? dico, quod sic quia præsumeretur, quod Ep̄s causa impediendi illos, non visitandi causa venisset: aīsi prius denuntiasset Ep̄s, quod vellet visitare. lo.

l. Corrigentes) Nūquid ergo fit præiudicium Ep̄o loci? cum tamen in principio capituli dixit salvo iure dioecesani. Ideo dici potest, quod tunc demum corrigent, cum Ep̄s est negligens, sed in exemptis statim corrigent. Ioan.

m. Denuntiet Ep̄scopo) Forte in hoc vult ius dioecesani esse talium, de quo dixit in principio huius capituli. sed obicitur: aut Ep̄s fuit negligens in corridentis excessib, aut nō. Si fuit negligens, ergo deuoluta est potestas ab Ep̄o, vt 9. q. 3. cap. ult. et cap. cum sci- mus. si non fuit negligens; quare ergo usurpat illi visitatores ius suum in corridentis excessibus. quia si cuiilibet Ep̄o sua iurisdictio non seruatur, quid aliud est, quam ecclesiasticus ordo consumitur? vt 11. q. 1. peruenit. in fine. dico, quod licet Ep̄s fuerit negligens: tamen admoneri debet primo, ut ext. 3. de off. ordin. quanto. et 11. q. 3. nunc vero, uel ideo defertur hic Ep̄o negligentem, quia in alio præiudicatur ei, cum constituantur visitatores in sua dioecesi. lo.

TIT. XIII. DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

Cap. 1. Cum uen. f.

E Ecclesiam³) Hic videtur, quod si ecclesia V Elratihabitione³) Notare vult differen- tias inter litteras procuratorias, et litteras de rato: nam ubi aliquis simpliciter cōstituitur, licet generaliter consituatur; tamē tran-

siam, sed potius contra illam ecclesiam, quæ est in possessione eius. Ad id faciat su. de e- lect. querellam. li. 3. 16. q. 3. inter. su. de sent. et re iudic. dilecti. li. 2. D. de lib. exhibē. l. vlt. D. de seruitutib. l. vlt. D. si seruitus vendic. is, cuius familia. Arg. contra su. de appell. ad audientiam. li. 2. su. vt lite non conteit. quo- niā. 12. q. 2. quicūq. militum. D. de viu fru- tu legat. haec tenus.

b Pertinentij) Nūmis est longa † petitio, vt larga D. de verbis. signific. verbum illud pertincere.

c Annoratio) In qua citius deprehenditur vitium. vt su. de fide instrumentorum inter li. 3. Ioan.

d Non appareat) Præsumitur tamen, quod nomine monasterij soluerint. 12. q. 3. pontifi ces. 7. q. 1. scire. sed numquid tenetur solvens censem, assignare causam solutionis? quæsto est Sabbatina. arg. quod nō. lu. de cōsib. peruenit.

e Ad prescriptionem) Et tamen a tribus Ab batib. iuit solutus. sic su. de causa. posselli. cū ecclisia. su. de off. d. eleg. cum olim. li. eo.

f Non sufficit) Su. de fide instrumen. c. 1. et C. locati ad probationem. nam æque potest ille, qui non est dominus locare, vt dominus. D. locati, qui insulam. in princip. tamen possessio probatur per solutionem pensionis. D. de adquir. possess. quamuis. P. primo. D. de rei vindic. quædam.

g Constitutam) 16. q. 7. omnes.

h Proprius predicta) scilicet propter rasuram in loco suspecto, et superlinearē scripturam, sit su. de fide instrū. cap. 1. li. 3. su. de fide inst rū. ad audiētiā. li. 2. A. I. hoc enim, vt credatur instrumento; oportet, quod sit sine omni suspicione, vt su. de rescr. cum adeo. li. 3. C. de cōdict. D. Had. l. vlt. sed quid si rasura reposita fuerit eadem manu? non videtur, quod observet. su. de priul. cum olim. li. 3. et C. de fide instrum. comparationes. Item quid si rasura sit in loco vno, et tamen per illa, quæ posita sunt in instrumento, probetur propositū videtur, quod sufficit ad probandum. su. de sent. et re iud. cum I. et A. li. 3. C. si ex falsis instrum. li. 3. Ioan.

Cap. 2. Cum dil. f.

V Elratihabitione³) Notare vult differen- tias inter litteras procuratorias, et litteras de rato: nam ubi aliquis simpliciter cōstituitur, licet generaliter consituatur; tamē tran-

transigere non potest, sed si cū clausula de rato tunc transigere potest, alias nihil operaretur illa adiectio, et sic intelligitur D. de procurat. mandato.

b Repromisū) Non enim potuit renuntiare prīuilegio suo, su. de arbitris cum tempore. li. 3.

c Prescriptio) Hic de vna exceptione per-

mittitur transire ad aliam †. sic su. de prescr. auditib. li. 3. D. de except. nemo. similiter de vna actione transitur ad alias †. su. de confirm. utili examinata. li. 3. C. de in offic. test. contra. arg. contra su. de appell. sollicitudinem. li. 3. D. de tributoria, quod in heredē. P. eligere. C. de non numerata pecu. authen. cōtra qui propriam. De hoc videtur, sicut dixi, 13. q. 1. in fine. Ioan.

Cap. 3. Ne nimia.

R Eligionem³) Nam nouum collegium nō potest institui inconsulto Principe, ut D. de colleg. l. 3.

b De approbatis) Sic qui nouam constituit dignitatem in ecclisia, constituet eam secundum consuetudinem aliarū eccliarū ut ext. 3. de consuet. cum olim. similiter noua ecclisia regetur cōsuetudine aliarū, vt ext. 3. de cōfib. c. vlt. Io.

c Plurib.) Sicut nemo potest simul regere Abbatiam, et ecclesiā saceralem. 16. q. 1. presby teros. Ioan.

TIT. XIII. DE CONSECRATIONE ECCLE SIAE, VEL ALTARIS.

Cap. vn. Ligneis.

Q Vod cum parietes³) Hic patet, quod quā diu parietes integri sunt, quod non est consecrandi ecclisia, vel etiam si parietes sunt sucessive reparati, vt de consecr. dist. 3. de fabrica. Item patet hic, quod alia est consecratio ecclisiæ, alia altaris, vt su. eo. ad hoc. lib. 2. lo.

TIT. XV. DE CELEBRATIONE DIVINIOF FIQII.

Cap. 1. Consuluisti.

A Spersione³) Sed si in ecclisia essent sepul- ti, etiam parietes essent dealbandi, vt de consecr. dist. 1. ecclisiæ.

b Aque) Vt su. de dedicat. eccl. proposui-

per adoptionem, ut D. de a dimen. legat. i. le
gatum.

Cap. 2. Procurationes.

Visitationis^a) Hoc ideo dicit, quia triplex
est procuratio; vna, quæ debetur ratione
visitationis, ut hic. alia, quæ debetur ratione
cōsuetudinis, vt 18. q. 2. seruitia. tertia, ratio
ne pœti, quod interpositum est in ipsa fun-
datione, vt ext. i. de iure patron. præterea.
18. q. 2. Eleutherius.

b Personaliter) nisi ipsi interesse nō possint,
ut su. eo. inter. De hac procuratione consue-
uit tractari 10. q. 1. rel. 10. et q. 3. c. illud. lo.

c Tantundem impendat) Sic ergo qui grauat
ecclesiam in procuratione, in duplum puni-
tur; sed qui grauat eam in xenijs, in qua-
druplum punitur, vt 18. dist. quoniam. lo.

Cap. 3. Aduersus Consules.

Later. concil. Ext. 3. de immunit. eccl. non minus. et de censib. cum instantia.

b Nullo) Sic ergo non valet sententia lata
tempore excommunicationis, ut infra de
hæret. excommunicamus. immo et si de-
tegitur alicuius excommunicationis post sen-
tentiam, retractatur sententia, vi. ext. Al. t.

de sent. et rejud. ad probandum, nec priuile-
gia ipsorum tenentur, vt 3. q. 4. nullius. Ioan.

c Intrat tempus regim. in) Sic ergo iudex post
depositum officium conueniri potest: et
hoc ideo est, quia conuenit ex maleficio,
quod perpetrauit. securi si conueniret ex
contraetu. nam administratores ciuitatum,
et tutores, vel curatores non conueniuntur
post depositum officium ex contra-
etu, quem fererunt nomine ciuitatis, vt
D. de administr. rer. ad ciuita. pertin. curato-
res. P. in eum. et C. de administr. tutorum cu-
m quædam. et D. de eu. istio. illud. P. primo. sed

ex maleficio bene conueniuntur, deposito of-
ficio, vt 1. q. vi. iubemus. D. de action. em-
pti. Julianus. P. idem. tamē procurator nego-
tiorum bene conuenit deposito officio, vt
D. de procurator. procurator.

d Intra mensem) Si tamen prius communica-
uerit ei t. in criminis, excommunicatus est, vt
ext. 3. de sent. excom. nuper. sed cum ipse iudex
excommunicatur non expresso nomi-
ne, quare statim onus illud non peruenit ad
succesorem? arg. ext. i. de off. del. quoniam.

Respon. quia illud onus prouenit t. ex deli-

cto, vnde non descendit ad alios, vt 24. q. 3. si
heres, ideo autem presigitur mensis, quia viq.
ad illud tempus presumitur cōfensisse, vt pri-
ma q. 1. contat. eti. autem ille canon, ext. de
in munit. eccles. non minus. post admoni-
tionem canon. laic. sententia. et ex hoc pa-
ret, quod si iudex secularis admonetur, ne
vsurpet iurisdictionem ecclesiasticam, vel
in iudicando clericos, vel aliud; quod statim
incidit in excom. municationem.

Cap. 4. Quia pleriq.

Puperibus^a) Su. cap. proximo. contra, et
intra de sent. excom. mun. sub intermina-
tione. solutio hic ignorabatur, quantum qui
libet contulisset, et ideo iubetur dari paupe-
rib.

TIT. XIX. NE CLERICI SAECVLARI NEGO-
TIO SE INMISCEANT.

Cap. 1. Sicut te.

PAssim^a) In omnibus causis siue crimina-
lib. siue ciuilib. quod nō licet, vt c. prox.
sed in causa ecclesiastica non remouentur
tabelliones. arg. su. de probat. quoniam. li. eo.
et sic potest intelligi. 27. q. 2. multor.

b Dissimilasti) Forte ideo, quia nō fuit le-
gatus illius loci, vnde ibi nihil statuere po-
terat. su. de off. del. nouit.

Cap. 2. Sententiam.

Sententiam sanguinis^a) Epi. nec possunt da-
re sententiam criminis, nec alios horta-
ri, vt dent, vt ext. 3. de excess. p. 2. ex litt-
ris. nec clericus potest eas scribere, ut hic, et
23. q. 4. illud. si autem Eps. habet iurisdictionem
temporam, deleget causam criminis
alij, quod facere potest secundum cano-
nes, vt 23. q. 4. illud. 2. q. 7. sicut. licet secun-
dum leges non possunt delegari, nisi cum iu-
dex non potest interesse, vt D. de off. eius,
cui mandata est iurisdictione. 1. joan.

b Chirurgia) Ext. 3. t. de xrat. et qual. ad no. 2.
stram. lo.

LIBER QVARTVS.

TIT. I. DE SPONSALIB. ET MA-
TRIMONIIS.

Cap. 1. Tua nos.

Despousauit^a) Si iste despousauit eā,
quibuscumq. verbis usus fuerit;
potius est considerandum, quid
fuerit factum, quam quid fuerit
dictum, su. de appell. ad audienc-
tiam. li. 3. su. de verbis signif. in his. li. 2. C.
plus valere, quod agi. i. liquis. Item simula-
tio, siue dolus, non impedit matrimonium
spirituale, 27. dist. quod interrogasti. ergo
nec carnale. Item ratione simulationis coge-
tur stare cū muliere, si mulieri placuerit. tu.
de eo, qui duxit in matrimonium, quā pol-
per adul. c. 1. sed hæc omnia non proficiunt, si
protestatio coram omnib. t. facta præcessit,
coram quib. protestabatur se non animo cō-
trahendi facere. 31. q. 2. Lotharius. su. de his,
quæ ui. metuue causa fiunt. relat. li. 1. nā
simulatæ nuptiæ pro nullo habentur. D. de
ritu nupr. simulatæ. Nec obstat, si dicas, quod
per signa probatur matrimoniu. su. de spon-
salib. cum apud. li. 3. sed illud matrimonium
videtur, cum t. contraria voluntas nō appa-
ret. nec enim præsumitur voluntatem mu-
tatam esse ex sequenti facto, nisi hoc probe-
tur. su. de his, quæ metus causa. relat. D.
de probationib. ei. qui. Idem potest dici, cū
quis despousauit aliquam sub condicione, si
protestetur, quod cognoscendo eam non re-
cedit a condicione; quia per coitum non pu-
nificatur matrimonium. non enim per coi-
tum semper receditur a condicione. quid e-
nim si sic contrahatur, contraho matrimo-
nium tecum, si tu es virgo? vel si inuenero
te virginem? et in coitu non repertur virgo,
dum tamen illud probari possit? sed quid si
protestetur, et dicat, quod omnia, quæ dicet,
vel faciet, non facit animo contrahendi ma-
trimonium; sed postea publice dicat, consen-
tio in te? in eo casu potius recurrimus ad
communem intelligentiam verborum, quā
ad suum intellectum. su. de sponsalib. ex lit-
teris. et hoc ideo, quia talia verba non pos-
sunt deseruire suæ intentioni, sed securi est in
casu proposito. Sed obicio; per verba illa ni-
hil dicitur, aut aliquid aliud cōcipitur, quā
vox significet, vt D. de reb. dubijs in ambi-

guo. arg. su. de off. deleg. cum super. li. 3. ergo
matrimonium non contrahitur per illa ver-
ba, sed illud obtinet, vbi locutio est obscura,
vel ambigua; vbi enim non sunt ambiguæ,
non quæritur de voluntate. D. de legat. 2. il-
lud.

b Copula subsecuta) Ratione cuius videtur
absolute contentisse in eum. su. de sponsal.
de illis.

c Videtur forte) Nō dubitatue proponitur.
sic 33. q. 2. amouere.

d Nec forma) Consensus enim semper re-
quiritur. 27. q. 2. sufficit. verba enim sunt ne-
cessaria, quantum ad ecclesiam. su. de spon-
sal. tu. li. 3.

Cap. 2. Cum in tua.

Fama priuatum^a) Ergo aliquid est fama,
quod tamen dicitur occultum, ut su. de
cohab. cler. vestra. li. 3.

b Persona gravis) Immo et turpis persona
videtur admittenda ad impedientium ma-
trimonium, vt su. eo. præterea. li. 1. sed illud
obtinet, cum a persona denuntiante ortum
est impedimentum. et sic est argumentum,
quod ad denuntiationem criminum, crimi-
nosi non admittuntur. arg. 35. q. 6. Episco-
pus. De hoc notatur 2. q. 1. si peccauerit.

c Vel scandalum) Ergo videtur probari, vt su.
de testib. causa litis. li. 3. et cap. cum causam.
arg. contra. infra de accusat. inquisitionis.
in fine. Item patet hic, quod sola denuntia-
tio non impedit matrimonium contrahend-
endum, nisi adsit fama.

d De plane) sic infra de accus. sicut olim. et
sic videtur, quod eodem modo iudex de pla-
ne potest inquirere de fama alicuius, non in
quiritendo per iuramentum, nam multiplex
clamor facit fidem de fama, vt su. de accu-
sat. qualiter. lo.

TIT. II. DE CLANDESTINO MA-
TRIMONIO.

Cap. vn. Cum inhibitio.

Cum inhibitio^a) Clandestinum dicitur
matrimonium tripliciter. vno modo,
cum non habentur testes, vt ext. i. de cland.
de-

COLLECT. IV. SCHOLIA.

- TIT.** despōns.c.1. et 2. et 3. secundo modo, quod non fit cū sollemnitate, vt 30.q.5.aliter. tertio modo, quod fit in eo loco, vbi contrahēs ignotus est, vt ext.2. de clandesti.despon. cōfūluit.tenet tamen matrimonium clandestine contractum, nisi aliud sit impedimentū, ut 30.q.5.nostrates.ext.1.eo.c.2.†
b Quorundam locorum) Ext.1. de testib.ad hæc.
c Qui voluerit) Cōsanguinei tamen potius admittuntur ad accusationem, quam extra nei, vt 35.q.6.c.1.alius autem quilibet denuntiare potest, vt ext.3.de cognat.spirit.tua, sed quid si nulla exceptione, vel denuntiatione proposita in ecclesia matrimonium sollemniter contractum est, aliquib.scientib. impedimentum, numquid matrimonium talium post mortem, vel etiam in vita ipsorum possunt accusare illi, qui sciuerint impedimentū? videtur, quod non, vt su. de testib. ad hæc.li.1. et quia certiorari non debuit, qui nō ignorauit, ut D. de action.empti.l.1. Item licet contrahentes fuerint in culpa, tamē scientes impedimentum fuerunt in dolo, et dolus culpæ præponderat.D.ad legem Aquiliam. item Mela. in princ. et ex quo publice factū est, non admittitur contradictor, vt g.q.1.li.1. Dico, quod post mortem non potest agi de matrimonio ipsorum principaliter, sed secundario de successione filior. ut su. qui fili sunt leg.causam.in fine, et C. ne de statu defunct.quamuis.Io.
d Probabilis) Nota. probabilis causa impedit matrimonium contrahendum, vt ext.1. de sponsal.præterea, et ext.2.de consan. et affin.super.
e De talis) Idest, clandestina, vel interdicta.
f Si ambo parentes) Sic patet, quod non prodet opinio ecclesiæ, si ambo sciunt impedimentum, quin filij sint illegitim. sed quid si unus scit, et alter nescit? dixit H. et L. quod quantum ad scientem filij sunt illegitim; quantum ad ignorantem legitimi. arg. C. de incest. nupt. qui contra. quod non credo, immo quantum ad utrumq. sunt legitimi, vt ext.3. qui fil. sunt legit. ex tenore. monstrum enim esset, quod aliquis esset partim legitimus, partim illegitimus; sicut quod aliquis esset partim liber, et partim seruus, ut D.deliberationib.l.duob.lo.

TIT. III. DE CONSANGVIN. ET AFFINITATE.

Cap. I. Ex tenore.

Cap. 3. Non debet.

Varie

- A** Tj. Mariam²) Supple, genuit.
b Est secutus) Si eisdem verbis, et eodem ordine fuit et secutus ipsum, suspectum esset tale testimonium, vt 4.q.3. item in testib.
c Matrem Gilij) Nomen non exprimens.
d Seu circumlocutio) Vt su. de testib.licet.li. eo.D. si cert. petatur.certum.
e In decreto) Su. de testib. in omni.li.1.
f Esse statutum) 35.q.6.de parentela.
g Nomina) 35.6.de parentela.
h Alias) Alias si non possent plures cōprehendi nomine appellatio; videretur, quod tunc certa esset designatio, vt insit. de exhered.libero. P.masculos. et D.de legat. 2.nominatim.D.de cond. et demonstrat.no minatim.
i Accusatori) Immo qui semel apparuerit inter accusatores, non potest esse testis, vt su. de accusat. cum P.Ioan.
k Tam domestici) Vt su. de matr.contra inter. eccl. contracto c.1. et sic consanguinei dicuntur domestici. non tamen semper familiares admittuntur in matrimonio, vt su. de test. in litteris.li.2.
l De auditu) Hoc hodie corrigitur ex parte su. de testib.licet.li.eo.
m Cum sollemnitate) S. iuramenti. videtur hic, quod principales personæ in matrimonio iurabunt de veritate dicenda.su. de sponsal. impub. attestations. quod concedo. H. tamen plus processit, vt idem esset accusator, et testis, vt 35.q.6.c.1. et 2.
n Testis) Hoc ideo, quia iuratur de credulitate.
o De perjurio) Sic su. de testib. cum tu fili.
p Dixerit) Ipsa Maria non iurata.
q Inualidum iudicari) Su. de testib.licet.li.eo.

Cap. 2. Tua nos.

- M** Ultum favoris²) Sic su. qui matr. accu. nō poss. peruenit.li.1.Ioan.
b Vel germanis) Hic patet, quod gradus numerandi sunt, non a communi parente, sed a fratribus. Ad idem su. de testib.series.li.2. 35.q.5.c.1.su. de diuort.porro.li.1.Arg. cōtra su. de cōsan. et affinit. quod dilectio. li.2.su. de testib.licet.li.eo.

LIB. IV. TIT. IV. QVI MATRIM. ACCVSARE.

- V** strictatem temporum²) 29.dist. sciēdū.
b Mutauit) Ut de p̄enit. dist.1. nouit dominus. et 22.q.4.incommutabilis.
c Ex secundis nupsijs) Cum tamen in hoc casu hic tollatur publicæ honestatis iustitia: videtur, quod adhuc in alijs casib. generet impedimentum, ut in uxorib. duor. fratrib. vel consobrinor. licet enim non impedit hodie ibi secundum genus affinitatis matrimonii: remanet tamen adhuc ibi publicæ honestatis iustitia, ut 35.q.3. porro. quia in matrimonij non quid licet, sed quid honestū sit, cōsiderandum est, ut D. de ritu nuptiar. semper. Similiter dico, quod ad hoc frater impeditur sumere sponsam fratris, licet tāū impedit publica honestas; quia illud est lege diuina prohibitū. Quod etiam secūdū leges impedit publica honestas, habes D. de adopt. qui in adoptione. vel dic. quod publica honestas est in omnib. sublata, nisi in sponsa de futuro.Ioan.
d Removantes) Gregorius tamē dicit, qui disoluithæc genera affinitatis, negat verbum Dei in æternum manere, vt 35.q.10. fraternitatis.
e Decetero) Sic ergo matrimonium illorū, qui ante constitutionē contraxerunt inquit, vel sexto gradu, nō confirmatur hic; quia constitutionē matrimonij non spectat ad præterita matrimonia, ut 35.q.3. de incestis, 31.dist. ante. 32.q.4. c.1. in summa, sed quid si post editam constitutionem simul steterint scienter? dico hoc ipso confirmatum matrimonium, vt ext.1. de coniug.seru. pro posuit. nam matrimonium, quod ab initio non valuit, ex post facto confirmatur, ext.2. de matrimonio cont. interd. eccl. cum sis præditus. ext.1. de sponsal. impub. litteras. et cap.accessit. D. de ritu nuptiar. si quis. et arg. ext.2. de conuers.coniug. placet. arg. 32.q.2.honorant. nam et si primo cōsensus nullus fuit, postea cōfirmatur. ext.1. de sponsal. de illis. in auth. de nuptijs.P. si uero ab initio. videtur tamen, quod verba sint necessaria experimentia cōsensum, vt ext.3. de sponsal. tuq. et 29.q.2. si quis ingenuus. nouus enim cōsensus requiritur, vt ext.1. de eo, qui dux. in matrim. cap.1. nisi enim expresse de novo cōsentiat, videtur potius antiquus cōsensus adhuc durare, qui nullus fuit; quā nouus inchoatus, vt D. de precario, sed si manente. D. dearbitr. sicut. in princ. et l. Labeo. P. penult. et arg. D. de verbis obligatio. l.1. P. cū adic.
f Nulla longinquitate) Et sic hodie nō cur-

rit præscriptio contra accusatores matrimonij, licet olim currebat, vt ext.3. qui matrim. accus. pos. per tuas.

TIT. IV. QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT.

Cap. vn. Cumin tua.

- C** Onsuetudinem²) Su. de sponsalib. cū in tua.li.eo.
b Non potuit) Sic 17.q.2. si quis incognitus. in fine.
c Numie infirmitatis) 15.q.1. illa. et 17.q.1. Cōsaldus.
d Eius etas) Quia zetas illa nescit, quid videat, vel audiat.C. de fals.monera.l.1.
e Publice factam) 16.dist. quod dicitis. 12.q.2. qui et humanis.
f Repellendus) Non solum ab accusatione, sed etiā a testimonio, vt su. de testib. ad hæc. lib.1. sed nonne admittitur talis ad denuntiandum? videtur, quod sic, cum et iuramentum ei non obstat.su. de iureiur. quemadmodum.li.3. ad hoc.su. de cogn. spirit.tua. Resp. quod non. quia suspecti remouentur a denuntiatione, sicut ab accusatione, vt infra tit.1.c.1. et su. de sponsal. cum in tua.li.eo. nam cui vna uia prohibetur, alia non est admittēda ad id.su. de procurat.tue. D. pro socio, idemq. D. de cond. insit. que sub condicione. et hoc est verū, quia semper taciturnitas nocet volenti accusare matrimonij, nisi probruerit, quia tūc tēporis non habuit probations, vt 2.q.7. pleriq. ipsorum autem taciturnitas non præjudicat eis, quin ipsi possint accusare matrimonium, quando voluerint.su. de restit.spol.c.vlt.li.1.
g Iuramento) Sic su. de testib. præsentium. su. de exceptionib. pastoralis. li.3. et videtur hic, quod iuramentum nō minus valet, quā præsumptio iuris, quia per iuramentum eliditur hic præsumptio iuris.sic 35.q.1.extraordinaria.
h Excluderet) Aliquis admittitur ad accusandū, cuius auctor nō admittitur: securus est in teste su. de testib. licet.li. eo. sed usq. ad quod tēpus obstat alicui taciturnitas videtur, quod incōtinēti obstat, nisi statim accuset, cū audit. 32.q.2. mulier.su. de off. deleg. c.vlt.li.3. D. de legat. 2. cū quidam. in fine. C. quomodo, et quādo iudex, ab eo. 2.q.6. qua propter.D. ad Macedonianū. si filius.Arg. see contra

contra 20.q.2.puella.s.1.q.1. cōstat. su. de frig.
et malefic. c.1.l.1. dicas, taciturnitatem istam
cum quodam temperamento intelligen-

dam. arg. D. de solutio, quod dicimus. D.
ex quibus caus. maiores. ab hostibus. P.
vlt.

LIBER QVINTVS.

TIT.I.DE ACCUSATIONIB. ET INQVISI-
TIONIBVS.

Cap.1.Cum dil.

a *Necubinarios*) Sed nonne illi
prolequeatur iusta iniuriam? quare
ergo non admittuntur, quantum
cūq. criminis finit? vt 4.q.6.om
nib. Resp. criminis admittitur ad accusan-
dum, sed non ad denuntiandum. vel loqui-
tur de notorijs fornicatorib. qui sicut lunt
priuati ingressu ecclesiæ, vt 31.dil. P. verum.
sic et alijs legitimis accusationib.

b *Premonitum*) Qui enim non admonuit, re-
pellitur a denuntiatione, su. de accusation.
lacet. li.3.

c *Conspirasse*) Su. de senten. et re iud. cum L.
et A. su. de simonia per tuas.

Cap.2.Inquisitionis.

a *In publicis causis*) Id est communib.
b *Dicta*) Hoc habes infra eo. qualiter.
c *Homicidium*) Hic corroboratur opinio do-
ctor. qui dicunt, quod in nullo occulto cri-
mine impeditur executio ordinis post pera-
ctam pænitentiam, præterquam in simonia,
et in homicidio, que notatur 50.dil. de his.
alijs solam simoniā excipiunt. Io.

d *In accusationibus iudicio*) Videtur, quod in
his casibus denuntians obligavit se ad talio-
nem, arg. su. de accus. super. li.3. item videtur
hic, quod idem est, si beneficium adeptus est
simoniace, sicut in ordine, sed contra su. de
simon. dilectus. li.3. Vbi distinguitur, si in
modum accusationis conuincatur quis de si-
monia, deponitur: sed si in modum inquisi-
tionis, priuatiur beneficium, ad idem su. de ac-

millia? ut 45.dist. disciplina. Dico, quod tot
hominum clamor famam facit, cum ex clama-
more scadatum suscitatur, ut infra eod. qua-
liter. de hoc dixi 2.q.5. presbyter si a plebe.
et cap. omnibus. loan.

Cap.3.Ad petitionem.

R Eclamante^a) Per quod videtur recessisse
a beneficio litterarū impetrator, su. de
præscript. c.1. in princ.li. 3. et su. de appell.
sollicitudinem. li.3. D. de arbitris, sed si in ser-
uo. in fi. et l. si quis rem. et arg. C. cōmunia u-
triusq. iudicij. l. 2. sed in iudicem* qui petit
inducias, vel causam absentiæ allegat coram
ipso, vt supra vt lit. non contest. accedens.
li.3. vel qui postulat sibi ed genus accusatio-
nis. D. de iudicij, non videtur. Item ea ratio-
ne, quia legatus non potest cognoscere de
cauta delegata a Papa, vt su. de offic. leg. su.
duisti. li.2. licet possint a iudice merita cause
inquirere, vt causam instructam remittat, vt
su. de appell. constitutus. li.3. loan.

b *Facta fidei*) Nota, quod probationes ad-
miss. e coram eo, qui non est iudex, faciunt
fideim iudici, ut hic, et 2.q.1.in primis. q.6.
hæc quippe. quod est contra illud su. de iu-
dic. at si cleric. Item habes hic, quod senten-
tia, quæ nulla est ipso iure, rata potest habe-
ri a Principe, vt patet ex prædictis cap. sed
hoc a solo Principe potest fieri, vt senten-
tia, quæ nulla est, vel factum, quod ipso iu-
re nullum est, possit a Principe ratificari, vt
16.q.6. si Ep. et hoc ideo, quia ipse mutat
substantiam rei, ut C. de rei x. act. in princ.
loan.

c *Restituendus*) Hic expresse habes, quod dis-
fertur restitutio propter scandalum, vt con-
suevit dici per illud capitulum 3.q.6. hæc
quippe.

d *Non seruatum*) Quod facere poterant. 23.
q.5.principes. su. de foro comp. postulati. li.
eo.

e *Per consequiam*) Sic ergo sententia lata
contra vnum præjudicat alij, quia negotium
est cōnexum cum illo. sic 81.dist. tantis. et 3.
q.6. hæc quippe.

f *Restituimus*) Una manu occidit, et alia vi-
uiscitat; una manu tollit, et altera dat. Ioan.

Cap.4.Qualiter, et quando.

Q ualiter, et quando^a) Videamus, qualiter et
procedendum sit in inquisitione, et qua-

lipoenia puniendus sit, qui conuictus est in
modum inquisitionis. Primo ergo videtur
distinguēdum, an fiat inquisitio de excessu
perso næ alicurus, an de statu alicurus ec-
clesie; vt si fiat inquisitio de excessu alicuius
personæ, vt tunc possit procedere nō
contestata, vt ext. 3. vt lite non contest. quo-
nam frequenter. Si autem inquiratur super
statu monasterij, vel ecclæsiæ, ut tunc neces-
saria sit litis cōtestatio, et alia communis for-
ma iudicior, vt ext. 3. de testib. cum olim. Itē
in alio est differentia, cum agitur super sta-
tu ecclæsiæ, et cum agitur de excessu alicuius
personæ; quia ubi agitur de statu monaste-
rij, recipiuntur testes qualescumq. etiam con-
spiratores; sed ubi agitur de excessu alicuius
personæ, secus, vt ext. 3. de sen. et re iud. cum
l. et A. Item distinguēdum est, an iudex ex
officio suo inquirat ad clamorem famæ, an
aliquo promouēte inquisitionem iudex co-
gnoscat; quia si aliquo promouente inquisi-
tionem cognoscat, non est cogēdus reus ad
iuramentum aliquod, ut per illud possit in-
strui aduersarius; sed ipse inducit testes, et si
descerit auctor, punietur, vt ext. 3. de accu-
sat. c. vlt. si autē iudex ex suo officio inqui-
rat, tunc ipse iudex inducit testes, et faciet
reum iurare, vt respondeat ad interrogata;
vt ext. 3. de accusat. cum dilectus. Sed num-
quid publicatis attestacionib. potest denuo
ab alijs testib. inquiri, et de eodem criminē?
sic. vt 2.q.1.notum. et q.5.habet. et cap. Me-
nam. sed si non iudex, sed aduersarius indu-
ceret † testes: tunc non posset secūdo inqui-
ti de eodem criminē, quia timor esset, quod
vellet testes subornare. Item inquisitor de-
scendet ad locum, vbi persona conuersatur,
de qua fit inquisitio: quia ibi melius potest
inquiri de vita, et fama eius, vt 24.q.1.puden-
da. et 2.q.1.Deus omnipotens. et ex.1.de pre-
sumpt. quosdam. et 23.q.1. paratus. circa su.
et postmodum ille, de cuius statu agitur, cita-
bitur; et sic obiciātur ei criminā, pro quibus
citat, vt possit venire instruetus, vt 5.q.2. si
primates. et infra eo. cap. et si reus velit ex-
cipere contra personam inquirētis, quod sic
inimicus eius, audietur, vt infra eo. ibi non
ex odij somite vel si velit excipere contra
ipsum iudicē, quod et ipse sit criminosus, vn-
de non debet inquirere de criminē alterius,
vt 3.q.7.iudicet. vel si velit excipere contra
illū, qui impetravit inquisitionem, vt ext. 3.
de accusat. veniēs. vel etiā contra testes, ut in-
fra eod. cap. iudex autē. ab ijs potest inquirere
re de criminē, qui denuntiauerunt criminē, vt

ext.3.de simon.licet, et sic idem est denun-
tiator, et testis. sed secus est in accusatione;
quia ex eo, quod aliquis semel apparuit inter
accusatores, amodo non potest esse testis,
vt ext.2.de accus.cū P. et potest iudex admit-
tere testes etiā criminofos, qui tūnt de ipsa
ecclesia, si veritas nō potest liquere per alios,
vt ext.3.de sent. et re iud. cap.1. t. quia illi me-
lius nouerūt veritatem, quā ali, vt ext.3.de
testib. veniens. sed si extranei testes inducū-
tūr, requiritur quod non sint criminofos, vt
ext.3.de accusat. per tuas.vbi dicitur, quod
in simonia quilibet admittitur, ergo in alijs
criminibus non, licet agatur in modū inqui-
sitionis. 35.q.6. Ep̄s. ext.2.de testib. coḡ p̄z-
terea. testes autem iurabūt de ijs, quā tēnūt,
vel credunt, sed de occultis peccatis rei, nihil
dicent, vt ext.3.co.qualiter. et non iurabunt
simpliciter respondere ad interrogata, sed
iurabunt dicere omnem veritatem, quam
nouerunt, siue fuerint interrogati, siue non,
ut ext.3.co.cū dilectus. Aut ergo testes pro-
bant crimen rei, aut non; si probant, tali poe-
na punietur, quod si est in dignitate aliqua
constitutus, remouebitur ab administratio-
ne perpetuo, vt ext.3.de simon.per tuas. sed
minores clerici priuabuntur officio, et bene-
ficio, ut ext.3.de simon.dilectus. tamen pos-
set dici, quod si propter dilapidationem re-
mouetur ab administratione, perpetuo re-
mouetur; sed si propter aliud crimen remo-
uetur, tunc usq. ad tempus p̄nitentia, vt
per eadē decret. dilectus. et 2.q.1. in primis.
vel dic verius, quod si graue crimen est, de
quo est coniunctus in modum inquisitionis;
tūc priuatur beneficio, vt hic dicit. sed si mi-
nus; tunc pro arbitrio iudicis, vt su.co.inqui-
sitionis. si vero testes nihil probat, t. nisi solā
famam, sed de crīmine nihil dicunt se scire;
tunc si crīmen tale est, quod habet perseuerā-
tiam facti, admoneat ipsum primo seorsum;
postea coram testibus; et si adhuc mala fa-
ma perdurat de ipso: tunc suspendat ipsum
usq. ad dignam satisfactionē, id est, quousq.
se purget, ut ext.1.de purg. can. cap.1. et in eo
casu intelligo, quod presbyter infamatus de-
bet suspēdi, nō enim dico, quod statim pro-
pter infamia debet suspēdi, nisi enormitas
delicti, vel scandalū t. hoc exposcat, vt ext.3.
de purg. can. inter. si vero testes semplene
probat crīmen; tūc indicēda est expurgatio,
vt ext.3.de purg. can. inter. Si vero testes o-
mnines dicūt cū innocentē: tūc non onerabitur
aliqua t. expurgatione, nisi hoc velit fa-
ceri iudex ex habundanti ad sedandam in-

famiam. vt 2.q.5.habet. et cap. seq. sed quid
si iudex vult inquirere de crīmine, reus au-
tem dicit, vt p̄figatur terminus volentib.
accusat. et si non apparuerit accusator, vt
tunc audiatur expurgatio sua; numquid po-
tius est audiendus reus, vel iudex? videtur,
quod reus sit potius audiendus, quia hoc
quod reus petit, ordinariū est, et a iure illud
habet: ad autem, quod iudex petit, extraor-
dinariū videtur; t. et iudex potius or dina-
rio, quam extraordinario iudicio iudicabit,
vt 2.q.1. multi. in fi. et D. de minorib. in cau-
se. Dico potius audiēdum iudicem volētem
inquirere, quam reūm volentem se purgate;
quia expurgatio sequitur inquisitionem, vt
ext.3.de purg. can. inter. Item nūquid hic ha-
bet locum inquisitio? dico, quod nō; quia
inquisitio iudicis officio expeditur, non ju-
re actionis, sicut nec dico habere locum re-
denuntiationē, siue redenuntians admonue-
rit, siue non; quia p̄sumit, quod non sit
caritativa talis redenuntiationē; quia creditur,
quod ex offensa illud faciat, vt 3.q.5.co.2. I-
tem pone, quod iudex, vel aduersarius indu-
xit testes ad probandum crīmen rei, reus au-
tem vult inquirere testes ad probandum in-
nocentiam suam. videtur, quod possit, etiam
per familiare suos, vt si velit probare se be-
ne administrasse, potest per suos familiare, 12.q.2.manifeste. Item si vult probare famā
suam, potest per cubicularios suos, vt 2.q.7.
cum pastores. Resp. si aduersarius induxit
testes ad probandum infamiam, vel crīmen;
tūc reus potest etiam inquirere testes ad pro-
bandam famam, vel innocentiam suam. Si
vero iudex ex officio suo inductus est, nō,
quia non ita p̄sumit contra iudicem, si
cut cōtra aduersarium. Pone ergo, quod Pa-
pa committat inquisitionem cōtra aliquem,
et dicat se esse bona fama, et hoc velit pro-
bare, numquid procedit iudex in inquinen-
do? Dico, quod in hoc casu summatio fit in
inquisitione, non de crīmine, sed de fama. sed si
non clamauerit fama contra ipsum, nō pro-
cedet ad inquisitionem, ut ext.3.de accus.
cum oporteat. Item pone, quod ille, qui im-
petrauit litteras inquisitionis, remotus est
ob aliquam causam; numquid alter potest
promouere inquisitionē, si forte iudices no-
lunt procedere? vel etiā nūquid iudices pos-
sunt procedere, si nullus promonet inqui-
sitionē? arg. quod sic, vt ext.3.de accus.cū o-
portet. et D. de inoffic. test. postulamus. P. si
quis, quia nō refert, per quē preces sint obla-
te, vt C. de precib. Imp. offer. vniuersis. nec re-
fert

non sunt iurati, nec illi, a quibus queruntur,
sunt iurati, cum non credatur alicui, nisi iura-
to, vt 4.q.3.iure iurandi. Itē quare hic pri-
mo denuntiatur metropolitano excessus, cū
gradatim deberēt denuntiari; primo Archi-
diacono, et si ille negligens esset; tunc Ep̄o,
et deinde metropolitano, vt 25.dist. perlectus.
11.q.1. peruenit, nec habet iurisdictionem in
subditos sui suffraganei, nisi appellaretur ad
ipsum, vt 9.q.3.conquesitus. nec talis inquisi-
tor tenetur recipere hoc mandatum, nisi ve-
lit, vt ext.3.de off. o. din. pastoralis. Ad hoc
dico, quod tales inquisitores solam famam re-
ferunt metropolitano, vt ad ejusmodi isto-
rum possit descendere, et visitare dioecesim,
vt 2.q.1. Deus omnipotens, nec etiā famam
illorum criminum denuntiabunt, si Ep̄i pa-
rati sunt excessus illos corrigerē. quia Ep̄i
non perdit iurisdictionē suā, nisi sit negligens,
vt 9.q.3.P.vlt. Ad hoc ergo constituantur
illi executores; vt per eos denuntiantur me-
tropolitano negligentē Ep̄orum. Ex hoc e-
nim probatur Ep̄os esse negligentes, quod
multa t. apud eos egent correctione, vt 18. t multis
dist. peruenit. nec aliter potest visitare pro-
vinciam, nisi denuntiatum sit ei de negligen-
tia. vnde hodie videtur esse diminuta iuri-
dictio metropolitani in hoc, quod cum o-
lini poterant descendere ad dioeceses, non
dico, vt inquirerent de criminib. sed ad hoc
ut inquirerent, an Ep̄i essent negligētes, vel
non; quia aliter de negligentē Ep̄orum nō
poterat eis constare, nisi per inquisitionem,
sicut potest intelligi ext.2.de censib. sopitz.
ext.3.de p̄script. cum ex officij, et ext.3.
de maior. et obedien. cum ex officij, sed ho-
die non possunt, quia illa inquisitio per alios
expeditur, vt hic dicitur. Item minus credi-
tur istis inquisitorib. quam alijs officiatis;
quia alijs officiatis creditur, quovsq. contrarium probetur, ut 4.q.3.P. aliquando. D.
de offic. p̄fecti vrb. l. i. P. quies. ext.1.de ap-
pel. cum parati. D. de reb. eor. qui sub tur. l.
in agis. P. illud. D. de custod. reor. Diuus. hoc
ideo, quia isti sunt tantum relatores fama.
Item, quid si Archidiaconus velit tantum in-
quirere in aliqua villa, et isti inquisitores e-
tiam venerint illuc ad inquirendum, num-
quid vtriq. simul poterunt inquirere? et in iu-
dicib. eidens esset, nam pro eodem negotio
partes non essent trahendae ad diuersos iudi-
ces, vt ext.3.de res. ex tenore. sed hic vna in-
quisitio, nō p̄judicatalij. Dico, quod nō pos-
sunt inquirere sine coſensu Archidiaconi, vt
80. dist. nō debere, quia plena inquisitio

præiudicat semiplenæ. Io.

TIT. ILDE SIMONIA.

Cap. I. Per tuas.

Dispensatum³) An dispensatur hic cum si monaco in ordine? quod est contrail-
lud 1.q.1. erga. sed numquid potest Ep̄s di-
spēsare; cum in modicis simonijs Ep̄s dispē-
scet; vt 1.q.5. cap. vlt. non credo.
b. **Minitrare**) Triplici de causa, tum quia
hic fuit munus a lingua, vt 1.q.1. sunt nōnul-
li. tum quia nulla cōtradictio debuit. admit-
ti. 1.q.2. quam pio. tum quia per subreptione-
m voluit adipisci ordinem, vt 24. dist. quā-
do. su. de elect. cum dilecta. circa fi. li. 3.

Cap. 2. Consulere.

Voluerim³) Et ita sola volūtas facit homi-
nem simoniacum, vt 1. q.1. qui studet.
Item patet hic, quod licet spiritale ius nō sit
adnexum administrationi ecclesiastice, vt
in aduocatis, quod tamen vendi non potest,
ut 1.q.4. saluator. et 1.q.1. si quis Ep̄s.

Cap. 3. Sicut pro certo.

Consuetudinem³) Fingūt quidā, quod in
cōsecratione licite aliquid petitur, dum
tamen nō pro cōsecratione petatur, sed pro
consuetudine; per id quod legitur 63. dist.
quia. et in authen. de sanctiss. Ep̄is. P. pro cō-
suetudinib. sed istud nihil valet, vt ext. 1. desi-
monia. cum in ecclesia. Io.

Cap. 4. Quoniā simoniaca.

Pupertatis³) Potest tamē concedi, quod
sub hac forma possit ei prædicti, bene reci-
peremus te, si haberes, quid comederes; vt
tunc in ingressu suo possit se, et sua offerre,
vt ext. 3. eo. tua. Io.
b. **Expellatur**) Cum in modum accusationis
de hoc sunt conuicti, secus si in modum in
quisitionis, ut dislinguitur ext. 3. eo. dilectus.

- Ioan.
c. *Multitudinem*) Sic ext. 1. de cler. excom.
minist. latores.
- d. *Et inferiorib.*) Sic ext. 2. de renunt. ex insi-
nuacione.
- e. *Vel ignorantiam*) Sic 82. dist. proposuisti.

Cap. 5. Audiuius.

Perficiatur³) Vtū alicui licet redimere
libi quietem, notari confuerit 1.q. 1. nul-
lus, et illud probatur ext. 2. de simon. dile-
ctus. licitum est enim alicui corrumpere ac-
cusatorem suum, vt 2. q.3. P. notandum. in fi.
Ioan.

Cap. 6. Ad Ap. aud.

Consuetudinem³) Littera ista uidetur uelle;
quod licet clerici nihil possint petere
pro talib. sacramentis, si tamen laici consue-
uerunt aliqua dare, per superiorem possunt
cogi ad seruandam talem consuetudinem,
quę ex pietate est inducta; uel intellige, quod
laici abutūtur consuetudinib. quę eis piet-
atis causa permittit̄ sunt; vt cum permittatur
eis præsentare clericos, volunt etiam institue-
re; vel ex eo, quod requiritur cōsensus eorū
in electionib. volunt eligere; vel ex eo, quod
permittatureis pasci de bonis ecclesiis, si labū-
tur ad inopiam: volunt rapere bona ecclē-
siarum. de iure debent reddere quadruplū,
vt 1g. dist. quoniam quidem. Ioan.

TIT. III. DE MAGISTRIS.

Cap. vn. Quia nonnullis.

Puperes gratis³) Numqui ergo a diuitiib.
possunt petere collectas? Videtur, quod
non. quia si vult dici philosophus, prouiat
pecuniam exemplo Socratis †, vt 12. q. 2.
gloria. vers. Socrates. † Item scientia donū
Dei est, ergo vendi non potest, vt 1. q. 3.
non solum. Item professores iuriis licite reci-
piunt pecuniam, sed non licite petunt, vt D.
de varijs, et extraord. cognit. l. 1. P. est quidē.
sed contra, qui pr̄stata obsequium, recipiet e-
tiam mercedem, 12. q. 2. caritatem. Item cum
iuriis

pr̄benda, nec canonica. Io.

TIT. IV. DE IVDÆIS, ET SARRACENIS

Cap. I. In nonnullis.

iurisperitus possit vendere iustum consiliū,
vt 14. q. 5. non sane. quare non posset magi-
ster vendere iustum doctrinam? nec obstat,
si dicas, quod gratis debeat docere. fateor: et
tamen potest petere pecuniam, nonne testis
gratis feret testimonium, et tamen petet sum-
ptus? ut 4. q. 3. venturis. nonne Ep̄s gratis cō-
scrabit ecclesias, et tamen petet sumptus?
ext. 1. de simon. cum sit. et iudex gratis iudi-
cat, et tamen petit sumptus, vt ext. 3. de vita,
et honest. cū ab omni. et his rationib. sentio,
quod magister licite petit collectam, cū ei sua
plenissime nō sufficiunt, vt 10. q. 1. pr̄scis. Io.

b. **Vnius pr̄benda**) Quid si non vacat aliqua
pr̄benda; tūc exspectabitur, quo usq. uacet
pone enim, quod de tur ei pr̄benda mortui.
canonici, cum illi data sit pr̄benda, et non
canonica: numquid tenentur canonici elige-
re intra statutum tempus aliquem ad cano-
nicam illam, cum semper ordo debeat esse
plenus? vt D. de decurionib. generaliter. P.
penult. maxime si certus sit numerus cano-
nicor. et iuratus. et uidetur, quod sic; quia si
canonici ad tempus sumerent fructus alicu-
ius pr̄bendæ ex causa necessaria, forte ad
farta testa, nihilominus conseruent canonicā,
vt ext. 3. vt ecclesiast. benef. vt nostrum. quia
et si non habet pr̄bendam, habet saltē ea,
quę pr̄sentib. dantur, vt ext. 3. de pr̄bēn.
dilectus. in fin. et ext. 1. de pr̄b. relatum. et
videtur expressum ext. 3. de rescript. consli-
tutus. Sed non est ibi intercisio illa, sed est in
Alano de pr̄b. constitutus. et facit ad idem
ext. 2. de institut. in ecclesia. hoc dicto sequi-
tur inconueniens, quia si dicit istum habere
canonicam: ergo moriente aliquo canonicō
illi assignabitur illa pr̄benda. et sic ha-
bebit duas canonicas, sed tantum ynā pr̄
bendam. Item ex hoc sequitur, quod eadem
res dupli iure censemur, iure spiritualium, et
iure temporalium, quod esse non debet. 12.
q. 2. cōcessio. ex hoc sequitur, t̄ quod spiritua-
lia essent sine temporalib. quod esse non de-
bet, vt 1. q. 3. si quis obiecerit. Ad hoc potest
dici, quod cum pr̄benda datur magistro, et
non canonicō; vel si assignetur pr̄benda ad
opus ecclesiæ, vel si ex causa sibi retinet̄ su-
etis, quod facere possunt. ext. 3. de cōstitut.
cum M. Ferrariensis. in eo casu statim extin-
guitur, et perit illud ius, quod canonica ap-
pellatur; quia vt dixi, spiritualia nō possunt
cōsistere sine temporalib. et quam cito reuer-
titur pr̄benda ad ecclesiā, statim ren-
scitur illud ius spirituale; et sic canonicī non
possunt dici negligentes, cum nec vacet ib-

D. **Istinguantur**) Sic liber distinguitor ser-
uo per pileum, vt C. de Latina liber. l. 1.
P. sed qui pileati, et meretrices a matrona per
vestes, vt ext. 2. de sent. excom. ad audientiā.
et masculus a femina per crines, et veltes, vt
20. dist. si qua femina. Io.

Cap. 2. Cum sit.

T. **Olet. concil.**) Vt 54. dist. nulla.
b. **In usus pauperum**) Sic ergo restitutor pau-
perib. quod iniuste extortum est. sed si of-
ficiū licitum est, tunc si veler, posset da-
re pauperib. iniuste extorta, vt 14. q. 5. non
sane. si autem dominus sciretur, a quo istud
extortum est: illi potius esset reddendū, quā
dandum pauperibus, vt 19. dist. quoniam. et
su. cod. sub interminat. Io.

Cap. 3. Quidam sicut.

J. **Nreditur**) Nisi hoc requirat t̄ officium,
vt 3. q. 7. P. tria. in fine. D. de rei vind. in-
ter.
b. **Lino, tanaq.**) 16. q. 7. in noua.
c. **Libere voluntatis**) Idem si coactus condicio-
nali coactione, vt 45. dist. de Iudex. Io.

TIT. V. DE HAERETICIS, ET MANICHAEIS.

Cap. I. Quantum ecclesia.

E. **Xclusus**) Ergo ecclesia potest deponere
laicū a dignitate sua, vt 17. q. 4. liquis
deinceps. 32. q. 5. pr̄ceptum. II. q. 1. nullus.
et deponitur iste pro sola negligentia, quod
possunt dicere negligentes, cum nec vacet ib-

b. **Terram**) Sic 81. dist. valer.
c. **Deportatus**) Ergo ad ecclesiam spectatus
deportandi. 17. q. 4. accedendum. et 50. dist.

eee 4 acce-

accedens.

d) *De proponentib.*) Licet enim deponatur alius, tantum relinquendum est ei, unde ipse, et sui viuant, eo dist. studeat, licet talis publica egestate laborare deberet, ut s. q. s. non omnis. D. depositi, bona fides.

e) *Suum dosalicium*) Quod etiam haberet viro condemnato pro heres. C. ad legem Iustitiae maiestatis quisquis.

f) *Et receptores*) Qui par: pena tenentur, ut C. de his, qui latr. occid. l. i.

g) *Comiti Montis fortis*) Sed ea, quae capiuntur in lito bello, cedunt occupanti, ut D. de acquir. rer. dominio, naturali, P. vlt. Resp. non immo illi cedunt, qui est Princeps exercitus, scilicet Papa; et ille tenetur dividere inter alios secundum merita eorum. 33. q. 6. dicat. et i. dist. ius militare. Ioan.

h) *Dubitaciones*) De feudis, et beneficiis quae sitis, unde ad dominum feudi decurrentia est, ut in constitutione Federici de feudis.

Cap. 2. Excommunicamus i-

gitur.

R) *Elinquantur*) In tribus casib. traditur clericus seculari potestatistam post de positionem. in heresi, vt hic; et cum propter calumniam, vel contumeliam, quam fecit Episcopo, depositus est, ut 11. q. 1. si quis fæcilius, et in criminis falsi, vt ext. 3. de falsa ad falsiorum, alias licet sit clericus depositus pro criminis, adhuc ecclesia tuebitur ipsum; quia adhuc secundum regulam ecclesie vivere debet, ut 81. dist. dictum. nisi sit in corrigibilis, vt ext. 2. de iudiciis, cum non ab homine. Ioan.

b) *Confiscantur*) Nota, quod bona hereticorum confiscantur, siue habeant filios, vel agnatos, siue nō. vt ext. 3. de heret. vergentis. in fi. et in hoc corrigitur lex, quæ dicit, quod bona hereticorum ad cognatos, vel agnatos deferuntur, ut C. de heret. auth. idem de Nefarianis, tamen si reuersi fuerint ad fidem, possunt priora bona eis restituiri, ut etiam Episcopatus, ut 23. q. 4. ipsa pietas. et q. 7. c. 3. et ext. 3. eo. vergentis. in fi. et quilibet istis potest licite auferre sua. ut 23. q. 5. si vos. et q. 7. c. 1. melius tamen facit, si auctoritate iudicis hoc facit, ut 23. q. 3. sex sunt.

c) *A quibus suspencia*) Idem habes ext. 1. eo. ad abolendam. et si habuerit beneficia in duabus ecclesijs, illa ecclesia plus recipiat, ubi

maiora beneficia habuit, ut ext. 2. de testam. relatum. in fi.

d) *Condemnentur*) Hic uidetur, quod aliquis sit condemnandus de heresi, licet non sit violenta presumptio contra ipsum, et C. de heret. l. 2. et sic est contrarium ext. 3. de presum. c. 1. in fi. vbi habes, quod licet vehementer sit presumpcio, non est condemnandus de heresi. Resp. vehementer presumptio non statim condemnat aliquem de heresi, sed hoc facit, quod est procedendum contra eum, quasi contra suspectum, et licet presumptio, de qua hic agitur, primo fuerit probabilis, tum propter cursum temporis, et quia noluerunt se expurgare, et quia per annum susterunt in excommunicatione, pro coniunctis habetur, ut 11. q. 3. rursus, et quicumque, secus tamen est in alijs criminiib. nam si bona alicuius contumacis propter crimen annotata fuit, si in fr. annum non venit, bona deuoluuntur ad fiscum, sed nulla prescriptio temporis obstat ei, quin possit probare innocentiam suam, ut D. de requirendis reis. l. annus. Sed quid est, quod hic dicit, quod hereticus statim condemnandus est, non ne hereticus saepissime etiam admonendus est, ut resipiscat? ut 1. q. 7. concientib. sed nullum est contrarium, quia licet sit condemnatus; tamen est admonendus, ut resipiscat. Sed t. quod legitur 24. q. 1. quædam, quod post admonitionem est vi ^{† secundus} tandem; verum est in hoc, quod non sunt ei seci, et fidei nostræ expouenda; ne eum astutioeni faciamus, ut 43. dist. in mandatis. Ioan.

e) *Purgare neglexerit*) Vide, quod iudex nolens facere iustitiam, facit interim suam, et 23. q. 2. dominus noster. et q. 5. administratores. et 3. q. 7. qui sine et in auth. coll. 9. vt differentes judices. P. penul. et vlt. et 2. q. 7. sicut.

f) *Ipse vassalus*) Sic ergo Papa potest omnes iudices, siue Duces, siue Comites deponere propter heresim, et etiam propter alias iniurias. vt 15. q. 7. alias, nam et transierit dignitatē de loco ad locum, ut ext. 3. de elect. venerabilem. Ioan.

g) *Abf. in dulio*) Licet Ep. non possit ipsum restituere sine auctoritate Papæ; tamen solus potest ipsum reconciliare ecclesiam, vt ext. 1. eo. ad abolendam. P. qui vero, licet olim se eus esset, ut 1. q. 7. si quis Ep.

h) *Vi corrum privilegia*) Nam in hoc casu nullus exceptus se potest tueri suo privilegio, quin possit excommunicari ab Ep. loci, ut ext. 1. eo. ad abolendam. in fi. Vi. i. autem excepti possint a suis Ep. puniri, si delique-

rint

rint, plene notaui 6. q. 3. placuit.

i) *Totam uinciam*) Arg. quod uniuersitas prestat sacramentum calumniæ. Item arg. quod infames personæ admittuntur ad denunciandum; quia vix potest esse, quin aliquis sit infamus ex eis. Quid juris de hoc sit, dixi 2. q. 3. si peccauerit.

k) *Indicis*) Nota, per indicia probari crimen, et 2. q. 8. si uant. et 32. q. 1. dixit. sic et alias probatur aliquid per indicia, ut ext. 3. de priuilegiis. cum olim. in fine, et C. de rei vindic. indica. Ioan.

TIT. VI. DE HOMICIDIO CASVALI, SEU VOLUNTARIO.

Cap. 1. Petrus diaconus.

V) *T. beneficium*) Vide su. 5. dist. ad eius.

b) *Contra prohibitionem*) Immo si non prohibuisset de causa, [†] non dedisset consilium, non teneretur, ut 1. q. 4. quia. Secundo dico, quod de [†] voluntate aliquis se debeat expurgare, licet sit arg. ad hoc 2. q. 5. quia. C. de fide instr. l. vlt. C. de his, qui ad eccles. confug. presenti.

c) *Vel occasionem*) Non intelligas hoc ita large, ne oblit. 23. q. 5. cum homo. et cap. de occidendi. Io.

Cap. 2. Significasti.

I) *In canone*) 23. q. vlt. c. vlt.

b) *In alio canone*) 1. dist. studeat.

c) *Nec ipsius studio*) Idest, qualicumq. exhortatione, ut su. de excess. præl. ex litteris. l. 3. Ioan.

d) *Discerni*) Eandem distinctionem ponit lex. D. ad legem Aquiliam. ite Mela. P. sed si plures. Sed in hoc est diuersitas, quod si minus primus percussit, si postea alter occidit, primus non tenetur, nisi de vulnere secundū leges. sed non tenetur tamquam homicida, ut D. ad legem Aquiliam huic scripturæ. et l. item Mela. P. Celsus. secus secundum canones, vt hic.

e) *Vitrum omnes*) Quæ filio est dominicalis.

f) *Vim ui repellere*) Sup. de appell. significauunt. l. 1.

